te. Gaude mr̄ glioſa xp̄o ce-
los aſcēdēte. Gaude frucs de
litijs nūc roſa iūcta lilijs. mū
da nos a vitio. et tuo iūge fi-
lio amē. Verſus deuotus.

O dulcis amica dei roſa ver
nās atq₃ decora. memor eſto
me dum mortis venit hora.

## Sequūtur oīones
de ſeptē gaudijs ſpūalib₃ q̄
btā virgo maria nūc habet i
celis put p eā reuelatum fuit
cuidā deuoto q̄ cū alia gau-
dia corpalia ipi⁹ q̄ in h̄ m̄do
habuit deuote q̄tidie recole-
ret ſibi dixit vt illa ſpūalia de
inceps recitaret. in q̄bus ſibi
multo ampli⁹ complaceret.

Gaude virgo mr̄ xp̄i. q̄
tu ſola meruiſti. o virgo
dulciſſima eſſe tāte dignita-
tis. vt ſis ſancte trinitatis ſeſ
ſione pxima. Gaude flore vir
ginali. q̄ honore ſpāli trāſcē-
dis ſplēdif ꝑ angeloꝝ pncipa
tū et ſctōꝝ decoratū dignita
te numeꝝ. Gaude nexu volu
ptatis. ꝛ amplexu caritatis.
iūcta ſic altiſſimo. vt ad votū
cōſeq̄ris. qd̄ vis totū ac pca-
ris. ab illo dulciſſimo. Gau-
de ſplendēs vas virtutū. cui⁹
pēdēs ē ad nutū. tota celi cu-
ria. te benignū ꝛ felicē. ieſu di
gnā genitricē. venerās i glīa
Gaude ſpōſa cara dei. nā vt
clara lux diei. ſolis dat lumie
Sic tu facis orbē vere. tue
placis reſplēdere. lucis pleni
tudine. Gaude mr̄ miſeroꝛu₃
q₂ pr̄ ſeclōꝝ. dabit te colenti
bus. cōgruētē hic mercedez.
et felicē poli ſedē. regnis i ſce
leſtib⁹. Gaude parens virgo
pura. certa manēs ꝛ ſecura.
ꝙ hec tua gaudia. non ceſſa-
būt nec decreſcēt. ſ₃ durabūt
et floreſcēt. p eterna ſecl̄a am̄.
Aue maria ſp dicatur in fi-
ne cuiuſlibet ℣. Specioſa fa
cta es ꝛ ſuauis in delicijs tu-
is ſancta genitrix. Oratio

Supplicationē ſeruoꝝ tu
orū de⁹ miſerator exau-
di vt q̄ ſancte dei genitricis ꝛ
virginis marie felicia gaudia
quib⁹ aſſumpta in celis gau
det cōmemoram⁹. ei⁹ inter-
ceſſiōib⁹ ab inſtātib⁹ picul̄
eruamur. et ad eterna gaudia
pueīre mereamur. Per eūdē.

## Itē oīo deuota
ad ſctām trinitatem ꝛ bea-
tā mariā vginē p pctōꝝ ve
nia ꝛ grā impetranda.

Pater ymon a q̄ mūdus
lege firma regitur. a q̄ certa
rōne benigne diſponit̄. parce
plebi q̄ a xp̄o xp̄iana dicitur.
Adonay ab inferni defende
piclo. q̄s dilecti ſacrauiſti fi-

lū vocabulo, quos eiuſdē re-
demiſti ſalubri patibulo. Fi
li dei ieſu xp̄e dn̄ator dn̄e: q̄
p mūdi medicina natus es
de virgine: placa patri nos
q̄s tuo redemiſti ſanguie. A-
thanatos mediator dei atq̄
hoīm firma pactū pacis hu-
ius inter nos et dn̄m: ne puē
mur regno dei, p cōmiſſo cri-
minū. Qui pcedis ab vtroq̄
paraclite ſpūs . cui⁹ ignis in
flāmauit fideles diuinit⁹ hoc
eodē noſtras ſordes igne cre-
ma ſtupitus: hoc eodē noſtre
mentis oculos illlumina: h
eodē ſenſus noſtros ſcabro-
ſos examina. hoc eodem vni
uerſa nr̄a dele crimina. Tri-
nus de⁹ in pſonis . vnus in
ſubſtātia. culpas noſtras et
reatus plene dele venia. ⁊ ſic
mundos a peccatis reduc ad
celeſtia. Aue vgo dei mater
vera ſpes fideliū. porta celi.
ſtella maris. recti curſus bra
uium. ſumma leg̃ forma pa
cis ſalutis exordiū. Aue vir-
go. aue feta. aue plena gratia.
Aue ſpōſa. aue mr̄. aue di fi
lia: quā diuerſa facis vnū o
oipotētia. Fons ſignat⁹ ſacri
ſummi cōceptaculū. ſcala ia-
cob. dom⁹ dauid. ſalomonis
ferculū: a leonis ore ſalua xp̄i
anū populū. Theotocos vir
ga yeſſe. oliua fructifera. tem
plū dei. archa noe colūba pa-
cifera ab inferni nos caribdi:
ineternū libera. Turris a q̄
pendet om̄is armatura fortiu
um. roſa florens ſacra vitis.
liliū cōualliū. medicina pec
catoꝝ. virtut̃ donariū. Uua
dulcis. flos ſuauis . nardus
odorifera. virgo ſemp glorio
ſa. ſublimis puerpera pbe no
bis adoptiuis pietatis vbera
Oriētis porta clauſa. quam
vidit ezechiel. mēſa regis ad
quā dapes tulit ipſe gabriel.
quaꝝ opem in leonū lacu ſen
ſit daniel. Tu ſigillū libri vi
te ſolidū in ſecula. cui⁹ poteſt
ſolus agn⁹ ſoluere ſignacula
in hoc nr̄a precū. ſtilo cōſcri-
be vocabula. Tue virgo ſan
ctitatis. luce nos irradia. et
ſic tua pia pce deo reconcilia:
vt poſt mortē gloriemur i ce-
leſti patria. Ad oēs poteſta-
tes virtutū celeſtiū. ad h oēs
ſancti veſtrū petim⁹ auxiliū.
Miſerere noſtri deus in pſo
nis trinitas. miſere miſerere
noſtri ſimplex vnitas. te ſpi-
ritus omnis laudet ſempiter
na deitas Amen.

¶ Orõ deuotiſſima bti bernardi abbat; clareuaľ. quã cũ ſeľ diceret añ imagiez crucifixi. ipſa imago ď cruce ſe inclinãs eũ amplexata eſt

## Salutatõ ad pedes

Salue mũdi ſalutare. ſalue ſalue Jeſu care. cruci tue me aptare. vellẽ vere tu ſcis quare. da mihi tuã copiam. Ac ſi p̃ſens ſis accedo. imo te p̃ſentẽ credo. O q̃ꝫ nudũ hic te cerno. ecce tibi me pſterno. ſis facilis ad veniã Clauos pedũ plagas duraſ et tã graues imp̃ſſuras. circũplector cũ affectu. tuo pauẽs in aſpectu. tuoꝝ memor vulneꝝ grates tãte caritati. nos agamus vulnerati. O amator peccatoꝝ. reparator cõfractoꝝ. o dulcis pater pauperꝝ. Quicquid ẽ in me ꝯfractũ. diſſipatũ aut diſtractuꝫ dulcis ieſu totum ſana. tu reſtaura tu cõplana. tã pio medicamine. Te in tua cruce q̃ro. ꝑut queo corde mero. me ſanabis hic vt ſpero. Sana me ⁊ ſanus ero in tuo lauãs ſanguine. Plagas tuas rubicundas. ⁊ fixuras tã profundas. corde meo fac inſcribi vt configar totus tibi te modis amans omibꝫ. Quiſq̃s huc ad te acceſſit. Hoſq̃ꝫ pedes corde preſſit. eger ſanus hic abſceſſit. hinc relinquẽs q̃cquid geſſit. dãs oſculũ vulneribꝫ. Dulcis ieſu pie deus ad te clamo licet reus. pꝛebe mihi te benignũ. ne repellas me indignũ. de tuis ſanctis pedibꝫ. Coram cruce ꝑcumbentẽ. hoſq̃ꝫ pedes cõplectẽtem, ieſu bone nõ me ſpernaſ ſed de cruce ſancta cernans: cõpaſſionis gratia. In hac cruce ſtans directe. inde meo mi dilecte. totũ ad me cõuerte. eſto ſanus dic aperte. dimitto tibi omnia.

## Salutatõ ad genua

Salue ieſu rex ſanctorũ: ſpes votiua peccatorum in ligno tãq̃ꝫ reus. pendens homo verus deus. caducis nutans genibus. O q̃ꝫ pauper. o q̃ꝫ nudus. qualis es in cruce ludus. deriſoꝝ maioꝝ factus. ſponte tamẽ non coactus attritis membris omibus. Sanguis tuus abundanter. fuſus fuit inceſſanter totus lotus in cruore. ſtãs in maximo dolore. precinctus

vili tegmine. O maieſtas in
finita. O egeſtas inaudita.
quis p tanta caritate querit
te in veritate. pans ſanguinē
p ſanguine. Quid ſum tibi
reſponſurus. actu vilis corde
durus. quid rependā amato
ri q pro me eligit mori. ne du
pla morte moriar. Amor tu
us amor fortis. quem nō vin
cunt iura mortꝫ. o qꝫ pie me
ſub cura tua foues impiſſura
ne morſu mortꝫ vulnerer. Ec
ce tuo pro amore. te comple
ctorꝫ cū robore. me coapto di
ligēter. tu ſcis cām euidenter
ſed ſuffer ꝛ diſſimula. Hoc
qd ago nō grauet. ſed me ſa
net ꝛ lauet. inquinatū ꝛ egro
tū. ſanguis hic fluēs p totū.
vt nō ſubſit macula. In hac
cruce te cruentū. te diſtentū ꝛ
cōtemptū: vt requirā me im
pelle et hic imple meū velle.
facturus qd deſidero. Ut te
qrā mēte pura. ſit hec mea p
ma cura: nō eſt labor nec gra
uabor ſed ſanabor ꝛ munda
bor. cum te cōplexus fuero.

## Salutatio ad manꝰ

SAlue ieſu paſtor bone. Dñi
bone. fatigatꝰ i agone.
q p lignū es diſtractus ꝛ ad
lignū es cōpactꝰ. expāſis ma
nibꝫ. Manꝰ ſctē vos auete.
roſis nouis adimplete. hos
ad ramos dure iūcte. et crude
li ferro puncte. tot guttis de
currentibꝫ. Ecce fluit circūq
qꝫ. manꝰ tua de vtraqꝫ. ſan
guis tuꝰ copioſe. rubicūdus
inſtar roſe magne ſalutis pre
ciū. Manꝰ clauis pforatas ꝛ
cruore purpuratas. cordi prio
p amore. ſitibūdo bibēs ore.
cruoris ſtillicidiū. O qꝫ lar
ge te exponis. pmptꝰ malis
atqꝫ bonis. trahis pigros pi
os vocas. et in tuis vlnis lo
cas. paratꝰ gratis oibꝫ. Ecce
tibi me pñto. vulnerato ꝛ cru
ento. ſp egris miſererꝫ. deme
g ne graueris. qui pſto es a
mātibꝫ. In hac cruce ſic extē
ſus. in te meos trahe ſenſus.
meū poſſe velle ſcire. cruci tue
fac ſeruire. te meis apta bra
chijs. In tā lata caritate. tra
he me in veritate. pter tuaꝫ
crucē almā trahe me ad cru
cis palmā dās finē meis vi
tijs. Manꝰ ſctē vos comple
ctor. et gemēdo cōdelector. gra
tes ago plagis tātis. clauis
diris guttꝫ ſctis. dās lachri
mas cū oſcul. In cruore tuo
lotū. me cōmēdo tibi totum.

tue ſancte man⁹ iſte me defẽdāt ieſu xpe extremis ĩ ꝑicul.

## Salutatõ ad lat⁹ dñi

Salue ieſu ſumme bon⁹ ad parcẽdũ nimis pro⁄nus. mẽbra tua macilẽta. ꝙ̃ acerbe ſunt diſtẽta. in ramo crucis torrida. Salue latus ſaluatoris. in quo latet mel dulcoris. in quo patet vis a⁄moris. de quo ſcatet fõs cru⁄oris. qui corda lauat ſordida. Ecce tibi appropinquo. ꝑ te ieſu ſi delinquo. verecũda q̃⁹dem fronte. tamen ad te veni ſponte. ſcrutari tua vulnera. Salue mitis apertura. de q̃ venit neua pura. porta patẽs et ꝓfunda. ſuꝑ roſam rubicũ⁄da. medela ſalutifera. O dor tu⁹ ſuꝑ vinũ. vitus pellẽs ſerpentinũ. pot⁹ tu⁹ potus vite. q̃ ſititis huc venite. te dulce vuln⁹ api. Plaga rubẽs apỹre. fac cor meũ te ſentire. ſiue me in te trãſire. vellẽ tot⁹ in⁄troire. pulſanti pauide pauꝑi Ori meo te cõtingo. in te cor meũ intigo. te ardẽter ad me ſtringo. te ardẽti corde lingo. me totũ ĩ te traice. O ꝙ̃ dulcis ſapor iſte. q̃ te guſtat ihu xpe. tuo vict⁹ a dulcore. mori poſſet ꝑ amore. te vnũ amãs vnice. In hac foſſa me recõde. inter meum cor ꝓfunde: vbi iacẽs incaleſcat. et in pace cõquieſcat. nec ꝑrius quẽ ꝙ̃ timeat. Hora mortis meus flatus. intret ieſu tuũ lat⁹ hic expirans in te vadat. ne hũc leo crux inuadat. ſed apõ te permaneat.

## Salutatio ad pectus domini.

Salue ſalus mea de⁹. ieſu dulcis amor me⁹. ſalue pect⁹ re⁄uerendũ. cũ tremore cõtingẽdũ: amoris domiciliũ. Aue thron⁹ trinitatis. archa lata caritatꝫ. firmamẽtũ infirmis pax ⁊ pauſa fatigatis. humiliũ tricliniũ. Jeſu dulcis paſtor pie. fili dei ⁊ marie. largo fonte tui cordis. feditatẽ mee ſordis. benigne pr̃ dilue. aue ſplẽdor ⁊ figura. ſũma dei genitura. de thezauris tuis plenis deſolatis ⁊ egenis. mun⁹ clementer ꝓflue. Dulce ieſu xpi pect⁹. tuo fiã dono rect⁹ abſolutus a peccatis. ardens igne caritatis. vt ſꝑ te recogitem Tu abyſſus es ſophie. angeloꝝ armõie. te collaudãt ex te fluxit. qđ iohes cubans ſuxit. fac in te ꝗ inhabitem; Aue fons benignitatis. ple

nitudo deitatis. corꝑalis ī te
manet. vanitatē in me ſanet.
qđ tu cōfers cōſiliū. Aue ve
rū tēplū dei. ꝑ cor miſere mei
tu toti⁹ archa boni. fac electꝫ
me appōi. vas diues de⁹ oīm

## Salutacō ad cor dn̄i

Summi regꝭ cor aueto-
re ſalute corde leto. te cō
plecti me delectat. et h̄ cor me
um affectat. vt ad te loq̄r ani
mes. Quo amore vincebarꝭ
q̊ dolore torq̄baris. cū te totū
exhauries: vt te nobis ip̄tireſ
et nos a morte tolleres. O
mors illa q̄ꝫ amara. q̄ꝫ imitꝭ
q̄ꝫ auara. q̄ ꝑ cellā introiuit. i
q̄ vita mūdi viuit. te mordens
cor dulciſſimū. Propt̄ mortē
quā tuliſti. qn̄ ꝓ me defeciſti
cor inflāmatū ⁊ affectū. o cor
dulce p̄dilectū. h̄ eſt qđ opto
plurimū. Per medullā cordiſ
mei pctōꝝ atq̄ꝫ rei. tu⁹ amor
trāſferat᷑. q̊ potēter vulnerat᷑
q̇cūq̄ꝫ te cōplectit᷑. Dilatare
apire tāq̄ꝫ roſa flagrās mire
cordi meo te cōiūge. ſtilla tui
roris vnge. q̇ amat te q̇d pa-
tit᷑. Quid nā agit. neſcit vere
nec ſe volet cohibere. nullꝫ
modū dat amori. multa mor-
te vellet mori. amore q̇ſq̇s vi
cit᷑. Viua cordis voce clamo
dulce cor nanq̄ꝫ amo. ad cor
meū inclinare. vt ſe poſſit ap
plicare. d̄uote tibi pectore. O
cor dulce p̄dilectū mūda me
um cor illectū ⁊ in vanis in-
duratū piū fac ⁊ timoratū:
repulſo retro frigore. Tuo vi
uat in amore. ne dormitet in
corꝑe. ad te oret ad te ploret:
te adoret te honoret. te fruēs
om̄i t̄pe. Roſa cordis apire:
cui⁹ odor flagrat mire. te dig
re dilatare fac cor meū anhe
lare. flāma deſiderij. Da cor
cordi ſociari. te cū ieſu vulne-
rari. nā cor cordi ſiliat᷑. ſi cor
meū ꝑforat᷑ ſagittꝭ imꝑerij.
Infer tuū īfra ſinū. cor vt ti-
bi ſit vicinū. vt vix ſeip̄m ca
piat. in dolore gaudioſo cum
deformi ſpecioſo. ſe ſꝑ inueniat
Hic repauſet h̄ moret᷑. ecce
iā poſt te mouet᷑. te ardēt vult
ſentire. vult potēter itroire. no
li noli cōtraire. debes ei con-
ſentire. vt bene de te ſentiat:

## Salutacō vult⁹ dn̄i

Salue ieſu reuerende. dig
gneſꝑ inq̄rēde. me p̄ntē
hic attēde accedētē me accen
de. p̄cordiali gr̄a. Salue ca-
put cruētatū. totū ſpinis co-

rouatū. arūdine ſic verberatū.
facies ſputa ſic illita. Salue
cui⁹ dulcis vult⁹. immutat
et indultus. immutauit ſuū
florē. tot⁹ verſus in pallorem
quē celi tremit curia. Omīs
vigor atq; viror. hinc receſſit
nō ammiror. mors apparet i
aſpectu. tot⁹ pēdet in affectu
attrit⁹ egra macie. Hic aſpe
ctus ſic deſpect⁹. ꝓpter me ſic
interfect⁹ pctōri tā indigno.
cauſa amoris interſigno. ap
para clara facie. In hac tua
paſſiōe. me agnoſce paſtor bo
ne cuius ſumpſi mel ex ore.
hauſtū lactis cū dulcore. pre
omībꝫ delicijs. Nō me reum
aſpneris. nec indignū dedi
gneris. mortē tibi iā vicina.
caput tuū hic reclina. in meiſ
pauſa brachijs. Tue ſancte
paſſioni. me gaudere interpo
ni in hac cruce tecū mori. pre
ſta crucis amatori. ſub tua
cruce moriar. Morti tue taz
amare grates ago ieſu care.
q es pīs pie deus. facq; qd pe
tit tu⁹ re⁹. vt abſq; te nō ſini
ar. Dū me mori eſt neceſſe.
noli mihi tūc abeſſe in tremē
da mortꝭ hora veni. Ieſu abſ
q; mora. tuere me ꝛ liba. Cū
me iubes emigrare. ieſu care
tunc appare o amator ample
ctende. temetipſum tūc oſtē
de. in cruce ſalutifera.

## Salutatō ad dolores ſinglo᷑ mēbro᷑ xp̄i dn̄i

Salue ſalue ieſu nr̄i pie. fili dei ꝛ marie. q de
patre ſine mr̄e. et de mr̄e ſine
pr̄e. es nat⁹ mirabiliter. Au
res tue tā benigne. omī vere
laude digne. angelo᷑ q̄s con
cētus. totus celitus conuen
tus. mulcet ieffabilit. Quā
ta probra ꝓtulerunt. et q̄ ſe
pe audiuerunt. hic ſeductor ꝛ
peccator. hic vorator ꝛ pota
tor. ſemꝑ habet demonium.
Quis has penas enarrare
poſſet omnes ieſu care. mihi
ſapit tecū flere. nec me poſſū
continere. attendens hoc fla
gitiū. Hinc latronē ſeuientē.
ſic iudeū nunc fremētē. vach
qui templū hoc rependit. hic
de cruce ſi deſcendit hūc ſci
mus dei filium. Propheti
ſa nunc clamare. nunc te pe
trū ter negare crucifigere repli
cat. aue rex te ſalutat liguaſ i
ſipiētiū. Malleo᷑. ſon⁹ mlt⁹
iudeo᷑ hic tumlt⁹. hic marie
manās vult⁹ hic creator tāq;

ſtultus ab oīmib⁹ deſpicitur
Os ſtillans mellis dulcore
pallet tot⁹ p̄ horrore. cec⁹ viſu
q̄ veſtiuit. hic viſu frui deſi-
nit. q̄ ſputis obruit. En peſ
caput. leua dextra dolēs paſ
ſim intus extra. giro hinc il-
lic regiro. nil in tā p̄claro vi-
ro niſi dolor cōſpicit. Pign⁹
eterni ardoris. hui⁹ cā ſū do-
loris. ſcio ieſu q̄ ſum re⁹. mi-
ſerere mei de⁹. hoc corp⁹ dū
relinquit amen. ℣. Adora-
mus te xp̄e ꝛ benedicim⁹ tibi
Quia p̄ tuā crucē redemiſti
mundum. Collecta
O Domine ieſu xp̄e rogo te
p̄ myſteriū ſancte incarnatio-
nis tue ꝛ amaritudinē paſſio
nis tue. ꝛ excellentiā dilectio
nis tue. et pījſſimā genitricē
tuā. et merita ꝛ ſuffragia om
niū ſanctorū ꝛ electorū tuorū
miſerere mihi peccatori. nūc ꝛ
ſemp̄ in hora exit⁹ mei. ꝛ mi
ſerere clemētiſſime de⁹ aīab⁹
oīm fideliū defunctorū p̄ mł-
titudinē oīm miſerationū et
miſcōiarum tuarum. amen.

## Orō ad beatā v̄giē.

O Dn̄a glorie. o regina le
titie. o fons pietatis. o
vena miſcōie. o ſanctitat̄ lib
tas. o iocūditatis amenitas.
o ſplēdor celi. o dulcedo para
diſi. o dn̄a angelorū. o ſancto
rū leticia. o virginū gēma. o
felix ꝛ btā. tibi dn̄a mea v̄go
maria. hodie cōmēdo totum
corpus ꝛ aīam meā. totā vi-
tā meā. q̄nq̄ ſenſus corporꝭ
mei. oīa facta mea. mortem
meā ꝛ reſurrectionē meā. cū
ſis bn̄dicta ineternū. et vltra
cū filio tuo dn̄o nr̄o ieſu xp̄o.
Qui cū patre ꝛ ſctō flamine
viuit ꝛ regnat in ſcl'a ſec. am̄.

## Alia de virgine btā.

R Ecordare virgo xp̄i. q̄ h
quē dilexiſti. ex te pauper
naſcit. recordare q̄ natus. et
in fenu reclinat⁹. carne circū
cidit. recordare ſymeonis. p̄
quē tue paſſiōis. gladi⁹ exp̄-
mit. recordare q̄ eū ad p̄den
dū tāq̄ reū herodes pſequit
recordare cruciat⁹. q̄ amiſſuſ
a te nat⁹. et a ioſeph q̄rit. re-
cordare q̄ duct⁹ in egyptū. ꝛ
reduct⁹ deſertū ingredit. re-
cordare q̄ laſſus vījs vētos.
ymbres paſſus. tēptari p̄mit
titur. recordare ſunamitis.
eſtus prume famis ſitis q̄b⁹
crebro quattit. recordare q̄a
plorās docēs ſanans ꝛ labo-

rans. a cūctis deſpicit. recordare. qꝛ cena turba facta cum byſſena tradit ꝛ vēdit recordare quo merore. q̄ pauore q̄ ſudore ſanguine ꝑfundit. recordare q̄ tumultu. quib⁹ armis quo inſultu nocte cōprehendit. recordare qꝛ vinct⁹ tā ꝗ̄ latro ferro cinct⁹ a miſtris trahit. recordare qꝛ pilis eius vulſis tā ꝗ̄ vilis a ſuis relinquit. recordare qꝛ truſus conculcatus et illuſus adorari legit recordare virgo bona. q̄li ſerto q̄ corona caput ei⁹ ceditur. recordare qꝛ ieſus ſtans velat⁹ palmis ceſus ꝓphetare cogit. recordare qꝛ exutus flagellat⁹ ꝛ cōſput⁹ purpura induit. recordare ꝙ modeſtus alba veſte geſtās meſt⁹ inhoneſte ſternit. recordare ꝙ et gratis. accuſat ab ingratis tandē morti tradit. recordare qꝛ iuſt⁹ cōdemnat ꝛ iniuſt⁹ barrabas dimittitur. recordare qꝛ terre dn̄ator crucē ferre humeris cōſpicit. recordare qꝛ cruci cū iniq̄s clauo truci extēſus affigit. recordare qꝛ vermis ligni tener ꝛ inermis in altū erigit. recordare ꝙ inuict⁹ victor tā ꝗ̄ maledict⁹. ſic pendere cernit. recordare qꝛ poris carnis rupt⁹ vi doloris cruor larg⁹ funditur recordare quāto zelo cruor ille tuo velo roſe⁹ excipit. recordare qꝛ gratū corp⁹ ei⁹ denudatū ꝑ te mr̄ tegit. recordare qꝛ gētes blaſphemātes vach dicētes: vt q̄d tēplū ſoluitur. recordare quo ſermone increpat⁹ a latrone. ſors in veſtem mittit. recordare. qꝛ potu fellis ꝛ aceti his bucellis vtriſꝗ̄ reficit. recor. q̄ furore hely clamās in dolore ſe relictū q̄ritur. recor. q̄ tremore terre tēplū cū clamore vita mūdi moritur. recorda. q̄ liuore vnda manās cū cruore lat⁹ ei⁹ foditur. recor. q̄ mucrone ꝑ dilecti paſſiōe pect⁹ tuū ſcindit recor. ꝑ quē planctū corp⁹ illud ſacroſanctū de cruce deponit. recordare q̄. cōductu quāto fletu q̄nto luctu ſepultura reddit. Per [illegible] virgo ſuas paſſiōes in[illegible]uas nos emūda ſordibꝫ. vt felices cicatrices chriſti ſeruis dent radices nr̄is fixe cordibus Amen.

Incipit roſarium btē marie virgīs cū articulis vita xp̄i q̄d q̄cūꝗ̄ deuote dixerit maxias acqrꝫ idulgētias

Notandū tamē ꝙ in principio debet dici credo in deū. postmodū Pr nr. Aue maria. et ante quālibet clauſulā Aue maria gratia plena dominus tecū benedicta tu in mulieribꝫ ꝛ benedictus fructus vētris tui ieſus chriſtꝰ. ſine amē. qꝛ q̄libet clauſula īcipit a relatiuo q̄ quē vel q̄. qđ refert ad ieſum xp̄um. Et poſt decē clauſulas ſemꝑ dicant Pater noſter. Credo in deum: Aue maria.

Suſcipe roſariū virgo deauratū. ieſu per compēdiū vita decoratū. Aue.

Quē virgo carēs vitio de flamine cōcepiſti. dū gabrieli nūcio hūillime conſenſiſti. Aue. Quo impregnata citius cognatā viſitaſti. iohā nēqꝫ celerius in ventre ſanctificaſti. Aue. Quē ciuitate bethleem letando genuiſti. necꝫ dolorē aliquē gignēdo pertuliſti. Aue. Quē regis dauid genere. mox natū adoraſti ac vagientē vbere virgineo lactaſti. Aue. Quē in pannis faſcijs cōſtrictum reclinaſti. et ſuis obſequijs te totam mancipaſti. Aue. Quem magno cum tripudio angeli laudauerunt paceꝫ cum gaudio in terris cecinerunt. Aue. Quem paſtorem oīm paſtores cognouerunt. dum in ꝑſepe dominū iacentem inuenerunt. Aue. Qui iuxta ritū hominis paſſus circumciſionē dulcis ieſu nominis cepit impoſitionem. Aue. Qui a tribus regibꝫ feruenter adoratur. magniſqꝫ muneribus decenter venerat̄. Dic vnū pater noſter. Aue maria.

Quem die quadrageſima in templo preſentaſti. ac Moyſi legittima ſpontanee ſubiſti. Aue. Quem herodem fugiens egypto adduxiſti. tandem inde rediens ad nazareth veniſti. Aue mar.

Quē ad feſta trāſiens dolēter ꝑdidiſti ſed mox templū audiens gaudēter reperiſti. Aue. Quem manuū per opera ſollicite nutriſti. et in etate tenera in oībꝰ ꝓuidiſti. Aue. Quem iordanis flumine iohānes baptizauit. et agnoſcens nomie digito mōſtrauit. Aue. Quem ſathanas aſtutijs triphariē tēptauit. ſaluatorē verſucijs prudenter obuiauit. Aue maria

Qui tuo pro oraculo aquã in vinum mutat. in quo ſuos miraculo diſcipulos ↄfirmat Aue. Qui obſeſſos pluri mis demonibus ſaluauit. ac infirmos varijs languoribus curauit. Aue Qui lazaꝝ cũ filio vidue ſuſcitauit. puel lã cũ ꝓdigio ad vitam reuoca uit. Aue. Qui cũ pctõri bus frequẽter manducauit. hiſqȝ penitẽtibꝰ pctã relaxa uit. Dic vnũ pater nr̃. Aue.

Cuius pedes lachrimis peccatrix irrigauit. dolẽſqȝ ex itimis veniã ipetrauit. Aue. In mõte thabor decoris qui transfiguraṫ et glorioſi corpo ris maieſtas declaraṫ. Aue

Cũ palmis celeriſi vrbẽ quem duxerũt veſpe. ſed tur piter vacuũ dimiſerũt. Aue

In cena q̃ nouiſſima pe des ſuoꝝ lauit. eſcaqȝ nobiliſ ſima cũ ſãguĩe cibauit Aue

In horto mẽte anxia ꝓlixe q̃ orauit. et aquã pre triſticia cũ ſanguine ſudauit. Aue.

Quẽ viri maleſici crudeliṫ vinxerũt. anneqȝ põt fici liga tũ adduxerũt. Aue. Vul tũ cuius turpibꝰ ſputis ma culabant. et pugnarum icti bus diuerberabant. Aue.

Quẽ pilati ſedibꝰ dãnan dũ pñtabãt. atqȝ falſis teſti bus doloſe accuſabãt. Aue.

A iudeis exhibitũ herodes quẽ inuiſit. ſȝ ꝑ deſpectũ ha bitũ vt factũ remiſit. Aue. Quẽ idutũ purpura colõne alligatũ corona pũgit ſpinea flagelliſ ꝟberatũ. Pr̃ nr̃. aue. Quẽ cõfoſſũ vulneribꝰ mili tes ſubſãnarũt. ac crucifige vocibꝰ iudei ↄclamaṙt. Aue Ut reũ quẽ ſceleris pilatus cõdẽnauit. crucis lignũ hũe ris ꝓprijs baiulauit. Aue.

Caluarie quẽ veſtibꝰ loco ex uerũt. ꝛ manꝰ cũ pedibꝰ cruci affixerũt. Aue. Pro ſuis tor toribꝰ attẽte h̃ ꝑcaṫ. dũ cruciſ doloribꝰ extenſus tenebatur. Aue. Qui latroni oĩa cri mina dimiſit ac paradiſi gau dia illico promiſit. Aue m.

Qui ſ iohãni diſcipulo te matrẽ ↄmẽdauit. quẽ tibi in patibulo in filium donauit. Aue. Qui ſe relictũ om̃i bus dũ patri querelaṫ inimi coꝝ vocibꝰ turpiter blaſphe maṫ. Aue. Qui dũ exhau ſtis viribꝰ ſitio cantauit fel ꝛ acetũ faucibus miles ꝓpina uit. Aue. Qui ꝓ hetarũ edita cõſumẽs paſſione ꝑmi

parētis dedita pſoluit rōne.
Aue. In man⁹ patris tra-
didit ſpm̄ pcioſum. alta vo-
ce dn̄ edidit canticū dulcoro
ſum. Pr̄ nr̄. Aue. Crucis
mortē ſubijciēs i pace obdor
miuit electos eripiēs infernū
introiuit. Aue. Satelles la
tēs dn̄i lācea pforauit hinc
aq̄ iūcto ſanguie abūde ema
nauit. Aue. Cui⁹ corpus
ſanctiſſimū de cruce recepert
et ſepulcrū mūdiſſimū eidez
aptauerūt. Aue. Qui virtu
te ppria a morte reſurrexit te-
cꝫ a triſticia diſcipuloſcꝫ ere
xit. Aue. Sup celoꝝ ſyde-
ra aſcēdit virtuoſe atcꝫ i prīs
dextera reſidet gl'ioſe. Aue.
Qui pēthecoſtes ipm ſpm̄
emiſit apl'is p fenoream vt
pmiſit. Aue. Qui te ſuper
ethera potēter exaltauit ⁊ in
ſua dextera decēter collocauit
Aue. Propter mūdi ſcelera
q̄ iudex ē vētur⁹ ſingulorum
opa ſtrēnue diſcurſur⁹. Aue
Dira q̄ ſupplicia ē reprob
datur⁹ ſꝫ electis gaudia eter-
na collatur⁹. Aue. Oranti
bus roſariū aureū tue matriſ
ieſu xp̄e ppiciū fac vultū tui
prīs amē. ℣. In omi tribu-
latiōe ⁊ anguſtia nr̄a. Suc-
curre uobis. bea. Collecta.

Interueniat p nobis q̄-
ſum⁹ dn̄e ieſu xp̄e apud
tuā clementiā glorioſiſſima
tua dei genitrix virgo ſp ma
ria cui⁹ ſacratiſſimā aīam in
hora paſſionis ⁊ mortis tue
doloris gladius ptranſiuit.
Qui viuit et regnat.

Sequūtur orōes
ſeu cōtemplatōnes multum
deuote cū grārūactiōibus de
oībus beneficijs a deo hūa-
no generi impēſis. et ſpāliter
in ope nr̄e redēptiōis. incar-
natiōis. et paſſiōis xpi. Et
pmo ponit orō excitatiua hu
mane mēt ad laudādū deū:

Domine de⁹ meus
laudare te deſide-
ro: q2 ad laudādū
te creatū me agno
ſco: Apī os meū i laude tua:
vt cantē gl'iam nomini tuo:
Excita cor meū in te repelle
omē tediū. infunde grām. ac
cēde amorē. aufer iniq̄tatem
ſerui tui. mūda me ab omni
inq̄namēto carnis ac ſpūs vt
dign⁹ efficiar in tui nois hor
norē labia mea apire. Sꝫ tu
am abyſſalem maieſtatis di
gnitatē q̄s digne laudare po

terit. Ecce oēs virtutes celo-
rū atqꝫ vniuerſe ptātes ange
lice nō ſufficiūt tue celſitudi-
nis magnitudinem cōdigne
laudare q̄nto min⁹ hō fragil̄
putredo ⁊ vermis. deficit eni
in cōdigna laude tua oīs crea
tura. oīs orō. oīs lingua. ⁊ ſer
mocinatio. Quid igit̄. Ceſ-
ſabo a laude. q⁊ te digne ne-
queo laudare aut iō tacebo.
et om̄ino mutus ero. q⁊ imū-
dū ⁊ inſufficientē me eſſe co-
gnoſco. Abſit a me ingrati-
tudo iſta vt ceſſem laudare te
quē laudare deberet oīs crea
tura. Maxime autē hō ratō
nalis cui tāta bona cōtuliſti:

## Laus ſancte trini

tatis ꝓpter ſeipām.
Domie de⁹ omp̄s et̄
ne. ineffabilis. ſine fi
ne ⁊ abſqꝫ initio. quē vnū in
trinitate: et trinū in vnitate
cōfitemur. Te laudo te ado
ro te gl̄ifico. o btā trinitas ꝓ-
pter h̄ ꝙ in teipſo es. q⁊ tu es
ſūmū bonū de q̊ manāt oīa
bona. tu es fons ⁊ origo oīm
bonoꝝ. tu felix eternitas. tu
abyſſus toti⁹ felicitatis. tu
ſol⁹ de⁹ ⁊ dn̄s et non eſt pre
ter te alius:

## De creatiōe celi ⁊ terre et omniū q̄ in eis ſunt.

Laudo et glorifico te o be
ata trinitas ꝙ celū ⁊ ter
rā ſolē ⁊ lunā ⁊ ſtellas ⁊ oīa
q̄ in eis ſunt tā poteter ex ni-
hilo creaſti. tā ſapiēter diſcer-
nēs ꝓpriis figuris ⁊ naturis
tā benigne diſponēs ad vtilí
tatē ⁊ ꝯſolationē hoīs anteqꝫ
creares eū. Laudo ⁊ adoro ⁊
gl̄ifico te. ꝙ etiā ſctōs ange-
los creaſti ad laudādū ⁊ fruē
dū te eternal̄r. et vt nobis in
hoc exilio fidel̄r aſſiſtāt conſi
liis ⁊ auxiliis oportunis.

## De creatiōe hoīs et lapſu eius miſerabilis

Laudo adoro ⁊ gl̄ifico te.
et grās ago tibi ſancta trini-
tas vn⁹ de⁹. q̊ ad declarādū
bonitatis tue ineffabilē bōi-
tatē. oīa ꝓpt̄ hoīez creaſti. ho
minē tn̄ ꝓpter te ꝓpriis mani
bus tuis de limo terre plaſ-
maſti ad imaginē ⁊ ſilītudi-
nē tuā illū formaſti intellectu
et libero arbitrio nobilitaſti.
Laudo ⁊ gl̄ifico te ꝓ maxio
illo munere q̊ illū in paradi-
ſo collocaſti. delitiis afflu ēti-
bus vt haberet ſūma ad fru
endū. inferiora ad regēdū. et

cuncta ſimul poſſideret ad te
ꝑpetue collaudādū. Laudo ⁊
honorifico te deꝰ piiſſime ꝓ
tua excellētiſſima miſeratiōe
et indicibili miſcōdia qua hōi
p̄uaricanti et oībus bñficijs
tuis ingrato ab irreparabili
dānatione pepciſti ipſum pro
culpis ſuis ad agendū penitē
tiā extra paradiſi amenitatē
emittendo. Qui licet eterna
dānatiōe ꝓ ſua trāſgreſſione
dignꝰ extitiſſet. nec vllā veni
am cōſequi debuiſſet. Non
es tn̄ vſus hac ſeueritate iuſti
cie. ſed dulcedine ineffabilis
miſcōdie imponēdo illi onus
digne penitētie ⁊ poſt longa
tempora oleū exhibendo diu
optate indulgentie.

## De reparatiōe hominis ⁊ ꝓmiſſiōe aduētꝰ xp̄i

Laudo ⁊ glorifico te dñe
deꝰ omp̄s ⁊ clemēs tibi
qꝫ grās ago. cuiꝰ natura bōi
tas. cuiꝰ volūtas potētia. cu-
ius opꝰ miſcōdia ē. ꝓ tua im-
mēſa clemētia. q̄ hoīem dya
bolica malignitate deceptū.
atqꝫ mortalis veneni conta-
gio ꝓſtratum nō diſtuliſti a
multiplicibꝫ ⁊ pctōꝝ ſordibꝫ
ad viā pn̄ie ⁊ rectitudis ſta-
tū reuocare. dādo illi ſpem ve
nie et cōſolationē recuperāde
ſalutis ꝑ ſalutiferi aduētꝰ tui
ꝓmiſſionē. et ne forte ꝑ igno-
rantiā hō ſuā poſſet excuſare
maliciā. cōſuluiſti frequenti
ciꝰ errori pandēdo legē. In-
ferēdo plagas. aꝑta iudicia ex
ercēdo in pctōres. multiplicā
do ſigna. ꝓmittēdo bona fu-
tura. ita vt eſſent inexcuſabi-
les q̄ ſe ad cultū tuū ⁊ verita
tis iudiciū nō ꝯuerterēt. Nā
et q̄nqꝫ ſeculi etatibꝰ ꝑ p̄riar
chas. iudices. ſacerdotes. re-
ges ⁊ ꝓphetas ab abel iuſto:
vſqꝫ ad iohānē baptiſtā pre-
curſorē tuū nō deſtitiſti deſi
derabilē aduentū tuū. miris
ſignis ac multiplicibꝰ oracu
lis p̄nūciare, ꝓmittere ac p̄fi
gurate vt intelligētias nr̄as
tot teſtibꝰ p̄currētibꝰ. ac tua
myſteria nūciantibꝰ ad fidē
erigeres. ⁊ torpētes affectus
nr̄os. ꝓ viua tot patꝝ antiq-
rum exempla inflammares.

## De redēptiōe humani gn̄is ꝑ verbi incarnati myſteriū.

Laudo ⁊ glorifico te dñe deꝰ creator ⁊
redēptor gn̄is hūani. tibiqꝫ
grās ago ꝓ tua nimia carita-

te qua hoiem mirabiliter cre-
atum. mirabiliꝰ reformare vo
luiſti. Cū eni adhuc eſſemꝰ
inimici tui. et mors iniqua i
omne genꝰ humanū iniquū
exerceret dominiū. recordatꝰ
es vbez miſeratonū tuarū ꝛ
pſpexiſti de ſublimi habitatō
ne glorie tue in hanc vallem
plorationis ꝛ miſerie. Vidi-
ſti ſiquidem afflictōnē popu
li tui magnā ſuper terrā. gra
ue onus filiorum adam. ideir
co tactus dulcore caritatis i-
trinſecus. appoſuiſti cogitare
ſup nos cogitatiōes pacis et
redēptiōis. Nā vbi venit ple
nitudo tpis veniſti nos viſita
re oriens ex alto. et deſideria
ꝓphetarū p ſuſcepte incarna-
tionis exhibitionē adimple-
ſti verus deꝰ ꝛ hō apparēdo.

## De electione glorioſiſſime virginis marie in matrē dñi. ꝛ mirabili concepcōe xpi.

Laudo ꝛ glorifico te ſaluator nr̄ Jeſu
xp̄e. p tua maxima humilita-
te qua paupculā virginē ma
riam p̄ omnibus mulieribꝰ
dignatus es in matrē eligere
vt in ea cōplerentur omnia q̄
patriarche et ꝓphete p̄dixerāt
quiq3 eā paupi fabro. videli-
cet ioſeph iuſto ꝛ ſancto viro
deſpōſari feciſti. Bñdico te
ꝑ tua digniſſima incarnatio
nis tue annūciatione ꝛ reue-
renda angelica qua beatiſſi-
mā virginē mariā angelꝰ ga
briel deuotiſſime ſalutauit an
nuncians ei myſteriū. et dei
filiū ex ea incarnandū. Lau
do ꝛ honorifico te. p magnitu
dine fidei marie virginis pro
firmo eius aſſenſu. et humil
lima eius reſponſiōe. ac cun-
ctis virtutibꝰ illius quas tūc
ſpaliter demonſtrauit. qñ ar-
changelo euāgelizāti ita obe
dienter rñdit. Ecce ancilla
dñi fiat mihi ſm verbū tuū.

## De cooperatione oīm triū pſonaꝝ i diuīs q̄ ad myſterium incarnationis.

Gratias tibi ago domi-
ne deus pr̄ eterne. ꝓpter
nimiā caritatē qua dilexiſti
nos opus manuū tuaꝝ intā
tum. q in te nobis ſubuenire
voluiſti cogitans ſup nos co
gitatiōes pacis ꝛ vnico filio
tuo nō pcēs ipm. p ſeruo re-
dimēdo in terris miſiſti. gra-
tias tibi ago fili dei viui qui
cum eſſes verꝰ deus deo pr̄i

ſancto ꝙ̄ ſpiritui coeternus ⁊ cõſubſtãtialis. obediẽs patri humanã naturã i te aſſumere dignat⁹ es. Grãs tibi ago dñe ſctẽ ſpũs q̇ nr̃e redẽptiõis cõſiliũ fuiſti. et eaſdẽ cogitatiões pacis adhuc i corde patris clauſas p mariã ꝟginez adimplere diſpoſuiſti.

## De ꝟtutib⁹ beate marie ꝟgis q̇b⁹ meruit eſſe (mr̃ dñi.

Laudo ⁊ glĩficio te ꝟgo ꝟginũ maria q̃ nec p̃ma ſilẽm viſa eſt. ne habere ſequẽtẽ. q̃ p̃ria inter feminas ſeruãde ꝟginitatꝫ votũ vouiſti. ⁊ glĩoſũ mun⁹ deo obtuliſti. cũ h̄ a nullo homĩe nec ꝟbo didiciſſes. nec exemplo ad imitationẽ inuita fuiſſes. hac qꝛ ꝟtute cũ ceteris ornata deo placuiſti. et viuẽdi exẽplũ oĩb⁹ reliq̇ſti. Tu ꝟga yeſſe florida ⁊ fructifera de q̃ vnic⁹ ille ⁊ ſingularis flos et fruct⁹ pdijt vñ ꝟtutũ ſpũaliũ germẽ erupit flos ſuauiſſimũ emittẽs odorẽ. fruct⁹ ſapidiſſimũ imittẽs dulcorẽ. flos t⁹ bonitas expellit meſticiã. fructus cui⁹ ſatietas plenã dat leticiã. bñdicta virgo de radice yeſſe dñdictus ⁊ flos de radice aſcendit. Benedicta arbor. bñdict⁹ ⁊ arboris fruct⁹.

## De natiuitate et paupertate Jeſu.

Gratias tibi ago dñe ieſu xp̄e eterni p̄ris ſapiẽtia pro tua inattingibilis altitudinis admiranda inclinatione. in nr̃e mortalitatis vile ergaſtulũ. et ꝓ tua puriſſima ex maria ꝟgine cõceptiõe. In cui⁹ vtero ſctĩſſimo nouẽ mẽſibus clauſus. ⁊ in hũc mũdũ de ꝟginali thalamo. mirabilr̃ ꝓcedẽs: atq̧ ab angelis q̇ canebãt glĩa in excelſis laudatus. ⁊ paſtorib⁹ q̃ſit⁹. et inuẽtus pãnis inuolut⁹. et in p̄ſepio reclinat⁹. qꝛ nõ erat tibi locus in diuerſorio. nec cunabula q̃ teneritudiez tuã accipent.

## De diuerſis incõmodis indulgẽtijs infãtilib⁹ deq̧ vagitib⁹ lactatiõe et nutritiõe eſurientiũ Jeſu.

Gratias tibi ago dñe ieſu xp̄e ſplẽdor p̄rne glorie propter ineffabilẽ leticiã tue glorioſe genitricis virginis marie. quã habuit in natiuitate tua. ⁊ qñ te in ſinu tuo nutriuit. pãnis inuoluit in p̄ſepio reclinauit. lactauit. cibauit. balneauit ⁊ cunis ligauit. et

in virginali gremio te ſuū di-
lectū faſciculū collocauit. im
primēs frequēter oſcula ſui de
licati oris. ⁊ qñ viditte mole
ſtias paruuli ſagiētis ſuſtinē
tē ⁊ laxatis faſciolis man⁹ et
ſancta brachia ꝑ cunaꝝ par-
uitatē extēdentē. alludentem
arridentem ſibi ⁊ blādientes
oculos ad ſe retorquētem.

## De doloroſa circū-
ciſiōe innocētis ieſu. et de no
ua īpoſitiōe dulciſſimi noī e⁹

Gratias tibi ago dñe ie-
ſu xp̄e ꝙ octaua die le-
galib⁹ parēdo mādatis circū
ciſus es. et ſanguinē tuū in-
nocentē ꝓ nobis adhuc īfās
effudiſti. ac dulciſſimi nomi-
nis ieſu vocabulo inſignitivo
luiſti. iuxta cui⁹ interp̄tatio-
nē ab angelo expoſitā nos po
pulū tuū peculiarē a peccatꝭ
nr̄is ſanare decreuiſti. ſalutē
ꝙ nr̄am deinceps operari nō
deſtituiſti.

## De apparitiōe ie-
ſu ⁊ deuota ſctōꝝ regū obla-
tōne necnō purificatione btē
marie ⁊ p̄ntatiōe pueri ieſu i

Gracias tibi ago ītēplo
dñe ieſu xp̄e ꝙ tā deſi-
derabiliter a magis q̄ſit⁹ es.
et ſtella duce tādē inuēt⁹. atꝫ
ab eis valde humiliter adora
tus. ⁊ ſuis regalib⁹ ac miſti-
cis donis deuotiſſime vene
rat⁹. Quiꝗ legalib⁹ ꝑ oīa te
ſubdēs inſtitutis īter nobiles
amplex⁹ piiſſime mr̄is tue cū
hoſtiis pauꝑm tēpli dñs es
p̄ntat⁹ in tēplū. ac ſub fragili
nr̄e carnis ſba teipm ſaluta-
rē hoſtiā ꝓ nobis deo p̄ricb-
tuliſti. ⁊ btō ſeni ſymeoni tue
diuitatis archanū ꝑ inhabi
tantē ſpiritum reuelaſti.

## De pſecutiōe ieſu
et fugatu ei⁹ in egyptū de ſā
ctis innocētib⁹ ab herode oc-

Gratias ago tibi ēcelſis
dñe ieſu xp̄e ꝙ tu ſapia
pr̄is ⁊ virt⁹ altiſſimi oēs īfir
mitates debilitates ⁊ defen-
ſiōes nr̄as in te tā ꝑfecte aſſū
pſiſti vt mortē ⁊ hoīem mor-
talē fugeres de loco ad locū.
Quia herodes doloſe te q̄ſi-
uit ⁊ nō inuenit vñ et p̄cepit
occidi multos pueros ī beth-
leem a bimatu ⁊ īfra vt te poſ
ſet interficere inter illos. Sꝫ
tu ſpes ꝑegrinoꝝ ingreſſ⁹ es
in egyptū. ⁊ ad introitū tuuꝫ
ceciderūt ſimulacra egypti.
Ibiꝗ ſeptē ānis morat⁹ es

in exilio ⁊ penuriā ac magnā
paupꝑtatē ꝑtuliſti. q2 tui te nō
receperūt. ſed mox ab ipſo ex
ordio te contēpſerūt. Et poſt
mortē herodis reuocatus es
ab egypto ⁊ in nazareth ꝑdu
ctus. ibiqꝫ parentibus humi
liter ſubditus fuiſti.

## De inuētiōe ieſu in tēplo. ⁊ de ſctā ⁊ occulta vita ei9

Gratias ago ti
bi dn̄e ieſu xp̄e. ꝗ duo-
decim ānos nōdū ipleueras
et in tēplo ſediſti ī medio do-
ctoꝝ interrogās ⁊ audiens il
los pl9 vero docuiſti dū pru-
dēter īterrogaſti. Et ꝓconia
ꝓpria in eſaia legiſti. et tu fili
dei viui creſcere cepiſti etate
et ſapiā apud deū ⁊ hoīes. et
trigitatrib9 ānis ꝑuiēs fuiſti
ꝓpter nr̄am ſalutē. et ꝯuerſat9
es īter hoīes. pie. iuſte. ⁊ mā
ſuete. hūiliter ⁊ paciēt. vt da
res nob̄ exēplū viuēdi. Rogo
te pyiſſime ieſu ſuꝑ oēs ṽtutes
in qb9 vitā tuā ꝑegiſti. vt fa-
cias me creſcere ⁊ ꝓficere ī oī
ſpūali felicitate. ⁊ q̊tidianis
incremētis oīm ṽtutū ad lau
dē ⁊ gl'iaꝫ noīs tui. Qui cuꝫ
deo pr̄e ⁊. ſſ. viuis ⁊ reg. d. ꝑ.

## De baptiſmo ieſu et eius ieiunio ī deſerto.

Gratias tibi ago dn̄e ie
ſu xp̄e ꝗ in ſancto baptiſmate
tuo qd̄ accepiſti in iordanis
flumine cōſecraſti ⁊ ſacrifica
ſti fontē nr̄i baptiſmatis ⁊ ibi
ſctō iohāni tuā gl'ioſam tri-
nitatē oſtēdiſti. ⁊ poſt baptiſ
mū duct9 in deſertū. ibiqꝫ in
magna abſtinētia ⁊ acerbita-
te fame ⁊ ſitis. frigore ⁊ eſt9
laboraſti vētis ⁊ ymbrib9: an
guſtijs ⁊ ceteris infirmitatib9
bus hoīm ſubditus fuiſti. et
multas noctes in orōnib9 et
lachrimis ꝑnoctaſti. et ꝗ cib9
angeloꝝ ⁊ hoīm fuiſti cū ie-
iunaſſes q̄dragīta dieb9 ⁊. xl.
noctib9 poſtea eſuriſti ⁊ ſiti-
ſti. tēptatōes illuſoꝝ ſpūs eq̄
nimiter ꝑtuliſti. O bone ie-
ſu rogo te ꝑ oēs ſanctas ⁊ de-
uotas orōnes q̄s effudiſti in
illis q̄dragīnta dieb9 ⁊ nocti
bus. et quas vnqꝫ ꝓ nobis ef
fudiſti in cōſpectu dei patris
et ꝑ oēs ſanctas ⁊ ꝑfectas co
gitatiōes. et verba et opa tua
ſancta ⁊ ꝑfecta. fac me ſctīm
et ꝑfectū in oīb9 cogitatiōi
bus verbis ⁊ opibus meis.
Ad laudē ⁊ gloriā nominis
tui. Qui cū deo patre et ſpū
ſctō viuis ⁊ regnas de9. per.

**De predicatõne ⁊ ſalutari doctrina dñi ieſu. de ꝗ glorioſis eius ſignis exẽplis ⁊ bonis moribꝫ. varijſ ꝗ tribulationibꝫ in hoc mũdo.**

G Ratias tibi ago dñe ieſu xp̃e ꝓpter hoc tẽpus q̄d a die ſancti baptiſmi tui vſ ꝗ in diẽ glorioſe mortꝭ peregiſti. qꝛ in tp̄e cõgregaſti conuentũ diſcipuloꝝ ⁊ ex oibus elegiſti tibi duodecim aplos vt ſubijceres tibi p eos ſuperba ⁊ alta iſtiꝰ mundi. et in illis diebꝫ ſinũ tue clementie et miſcdie expãdiſti oibꝰ reuertẽtibꝫ ad te. et remiſſionẽ peccatoꝝ et introitũ regni celoꝝ palã oibus p̄dicaſti. perambulans ciuitates ⁊ caſtella. ⁊ ſepe fatigatus ex itinere et frigore ⁊ a ſolis feruore. Et in his om̃ibus ꝑpeſſus es multas pſecutiões ⁊ contumelias a populo quẽ elegiſti i hereditatem. et a xp̃ gente natus fuiſti. quia erãt tibi contradictores i verbis. obſeruatores in factis. inſidiãtes tibi diebus ac noctibus. et quotidie ſitientes mortem tuam. ⁊ reſiſtentes tibi et dehoneſtantes te verbis et operibus et blaſphemabant te dicentes: Nõ eſt hic homo a deo. peccator eſt. demoniũ habꝫ. inſanuit. In beelzebub principe demonioruꝫ eiecit demonia. Seducit turbas. vorax ẽ. potator vini. Amicus publicanoꝝ. Hec et his ſimilia dixerunt te blaſphemantes. ⁊ ſepe lapidibꝫ impetentes. ⁊ hec om̃ia pacienter pertuliſti. factus corã eis ſicut hõ nõ audiens ⁊ non habẽs in ore ſuo redargutiones. Et quia duri cordis erant homies ⁊ tardi ad credendũ. ſermonẽ tuũ confirmaſti ſequẽtibꝫ ſignis. In nuptijs aquã in vinũ mutaſti. de qnꝗ panibꝫ ⁊ duobus piſcibꝰ quinꝗ milia hominum ſaciaſti. et ſupra mare ambulaſti Et in mõte coram diſcipulis tuis petro iacobo ⁊ iohãne te trãſfiguraſti. Cecos illumiaſti. Surdos audire. mutos loq. claudos ambulare feciſti. Lunaticos ſanaſti. poſſeſſos a demone libaſti. Mortuos reſuſcitaſti. lepſos mũdaſti. paraliticos ⁊ aridos curaſti. mulierẽ in adulterio dephẽſam a dãnatõne mortis liberaſti.

mariā magdalenā a pctīs ſu
is mūdaſti. Mulierē a flu-
xu ſanguinis ſanaſti. Muli
erē ꝑ filia rogantē letificaſti.
Mulierē. xviij. annis incur-
uatā erexiſti. fatigat⁹ ex itine
re laſſus ſuꝑ fontē ſediſti. et
mulieri tecū colloquēti cogni
tionē tui ⁊ ſuij ꝑius dediſti.
Cor mulieris in ꝑdicatione
tua grā intātū inebriaſti. vt ī
medio populi clamaret et di
ceret. Beatus venter qui te
portauit ⁊ vbera que ſuxiſti.
Grās tibi ago dn̄e ieſu xp̄e ꝓ
pter hec ⁊ ꝓpter oīa ſigna ⁊ ꝓ
digia. et opa tue pietatꝫ ⁊ mi
ſericordie q̄ vnq̄ feciſti. et ꝓ-
pter illā ſingularē pietatem ⁊
dilectionē quā dilectricis tue
veronice oſtēdiſti. cū ei ima-
ginē tuā relinquere voluiſti.

## De reſuſcitatōne lazari et humili ingreſſu in ciuitatē hieruſalē in die palmarū. et de eiectione vendentiū et ementium de templo:

Gratias tibi ago dn̄e ie
ſu xp̄e ꝓpter illas ſctiſſi
mas lachrimas q̄s fleuiſti
ad monumentū lazari. et ſuꝑ
ciuitatē hierl'm. et per oēs la
chrimas q̄s vnq̄ lachrima
tus es. et ꝓpter humilē ⁊ mā
ſuetū introitu in ciuitatem
hierl'm. qn̄ ſedēs ſuꝑ aſinam
antequinq̄ dies paſce veniſti
inſtar agni paſcalis ſexto die
imolādus ꝓ nr̄is pctīs quā-
do plebs hebrea obuia venit
tibi cū floribꝫ ⁊ palmis cla-
mātes ⁊ dicētes. Bn̄dict⁹ q̄
venit in noīe dn̄i. Sꝫ cū in-
troiſſes in tēplū et vidiſſes
ibi tumultus ⁊ negociatores
emētiū ⁊ vēdētiū facto flagel
lo de funiculis. eieciſti oēs
foras ⁊ dixiſti. Nolite domū
p̄ris mei facere domū nego-
ciatiōis. Et ibi curabas mlt-
tos iufirmos q̄ offerebant ti
bi. Et in die magno feſtiuita
tis ſtabas in tēplo ⁊ clama-
bas voce magna dicēs. Si
q̄s ſitit veniat ad me ⁊ bibat
et de vētre ei⁹ fluēt aq̄ viue:
Et cū hec oīa ageres et dice-
res nō crediderūt tibi. ſed reſi
ſtentes in oībus. Tu v̄o pi-
iſſime ieſu ſub cui⁹ poteſtate
cūcta ſunt poſita. et ſub cui⁹
ira cōtremeſcit oīs creatura.
Nō reſiſtebas eis cū poteſta
te. ſed cum tanta humilitate
ſubdidiſti te humane fragili-
tati vt nō auderes āmbulare ī
apto ꝑ timore īimicoꝝ tuoꝝ

O bone ieſu. ſic doce me vo
luntatē meā ſubdere tue di⸗
uine volūtati vt nihil ſit inter
me ⁊ te niſi vna voluntas.

## De cōſilio iudeoꝝ aduerſus xp̄m. et de ei⁹ vēditiōe. de cꝫ ei⁹ cena nouiſſima ablutiōe pedū et ſacri eucharistie inſtitutiōe.

Quadoꝛ glorifico te dn̄e ieſu
ꝓpter malignū ꝯciliū qḋ
collegerūt pōtifices ⁊ phari
ſei ꝯ te ſapiam pr̄is quō te
eternā libertatē oīm nr̄m do
lo tenerēt ⁊ occiderēt. dicētes
apud ſe. nō recte cogitantes.
Circūueniam⁹ iuſtū qm̄ ꝯtrari
us eſt opib⁹ nr̄is. Morte tur
piſſima cōdēnem⁹ eū. ⁊ aufe
ram⁹ memoꝛiā illi⁹ de terra.
et ꝑperabāt ad deuoꝛādū te.
appēdētes mercedē tuā trigi
ta argēteis. Sꝫ tu nobil' the
ſaur⁹ bonoꝝ oīm. ſeq̄nti die
ad veſperam veniſti cū diſci⸗
pulis tuis ī cenaculū. vbi pa
rauerūt tibi paſca. et dixiſti:
Deſiderio deſideraui hoc pa
ſca mādu care vobiſcū anteq̄
patiar. Et poſtq̄ carnē agni
paſcalis cum diſcipulis tuis
māducaſti. ſurrexiſti a cena.
et poſuiſti veſtimenta tua. et
humiliter te inclinaſti ad pe
des diſcipuloꝝ tuoꝝ. lauans
eis pedes ⁊ extergēs lintheo
Et poſtea reſumēs veſtemē
ta tua. iteꝝ recubuiſti ⁊ dixi
ſti. Scitis q̇d fecerim vobis
Ego mgr̄ ⁊ dn̄s exēplū de⸗
di vobis. vt ⁊ vos ita faciatꝭ.
Et iter cetera ꝟba q̄ dixiſti
turbat⁹ es ſpū. et ꝓteſtat⁹ di⸗
xiſti. Amē dico vobis: quia
vn⁹ ex vobis me tradet. ⁊ illi
turbati ⁊ heſitātes q̇s eoꝝ eſ
ſet. Ceperūt ſinguli excuſare.
Cenātib⁹ aūt illis accepiſti
panē ⁊ fregiſti ⁊ dediſti diſci
pulis tuis dicens. Comedite
ex h̄ oēs. h̄ ē ei coꝛp⁹ meū qḋ
ꝓ vobis tradet̄. Silr̄ ⁊ cali⸗
cē dicēs. Bibite ex h̄ oēs. h̄
eſt calix noui teſtamēti. h̄ faci
te in meā cōmemoꝛationē. ⁊
inter hec diſcūbēs erat in ſi⸗
nu tuo diſcipul⁹ ille quē dili
gebas. et hauſit de ſinu tuo
qḋ hauſeras ḋ ſinu pr̄is tui.

## De ſermōe dn̄i ieſu hito cū diſciplis ſuis p⁹ cenā

Gratias tibi ago dn̄e ie
ſu xp̄e ꝓpter amabilē et
fidelē ſermonē quē cū diſci⸗
pulis tuis habuiſti. cū eis he
reditatē regni tui participaſti
et eos tua pr̄na doctrina do
cuiſti dicēs. Mādatū nouū

do vobis vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Et q̄ diligit me ſermonē meū ſeruabit. et ego diligā eū. ⁊ manifeſtabo ei meipm. Et ego ⁊ pr̄ meus veniem⁹ ad eū ⁊ māſionem apud eū faciem⁹. Et iterũ dixiſti. Qui manet i me ⁊ ego in eo h fert fructū multū. q: ſine me nihil poteſtis facere. Et oſtēdēs eis fructū māda toꝝ tuoꝝ. iteꝝ dixiſti. Iā nō dicā vos ſeruos ſ; amicos. q: oia q̄cunq̧ audiui a patre meo nota feci vobis. Et vos iā mūdi eſtis ꝓpter ſermonē quē locut⁹ ſū vobis. et docuiſti eos orare dicēs. Petite et accipietis vt gaudiū vr̄m plenū ſit. et q̄cq̄d petieritis pr̄ez in noīe meo dabit vobis. Et vidēs eos ꝯturbatos: benigne cōſolat⁹ ē eos dicēs. Expedit vobis vt ego vadā: Non turbet cor vr̄m neq̧ formidet: Iteꝝ veniā ad vos ⁊ gaudebit cor vr̄m. ⁊ gaudiū vr̄; nemo tollet a vob. Vado parare vobis locū. ⁊ iteꝝ veniā et aſſumā vos ad meipȝ. vt vbi ſū ego ⁊ vos ſitis. Et pacē tuam illis tribuiſti et reliq̄ſti. O bone ieſu iclina te i aīam meā ⁊ ꝑmocionare mecū iſ creto aīe mee q̄ſi amic⁹ ad amicū vt d ꝑmoīb; tuiſ ꝯcipiā verā mīdicīa mēt; ⁊ corꝑis a.

## De orone ieſu ꝓ diſcipulis. ac de egreſſu ei⁹ in mōtē oliueti. deq̧ pauore ei⁹ et triſticia. et trina orōne ad patrē ac ſudore ſāguīeo

Gratias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e q̧ poſt hec ſubleuatis oculis in celū dixiſti. Pr̄ vēit hora. clarifica filiū tuū vt filius tu⁹ clarificet te. Et ſic orās ad patrē cōmēdaſti. et etiam diſcipulos tuos ⁊ oēs q̄ ꝑ eos credituri erāt. Et dixiſti. Pr̄ ſancte. ſerua eos i nomine tuo q̄s dediſti mihi. vt ſint vnū ſicut ⁊ nos vnū ſumus. Cū eſſem cū eis ego ſeruabā eos in noīe tuo. nūc aūt aduenio. non rogo vt tollas eos de mūdo ſ; vt ſerues eos a malo. Et his cōpletis egreſſus es ieſu bone. et ibas ſm cōſuetudinē in mōtē oliueti. et ſecuti ſunt te diſcipuli tui. ⁊ cepiſti cōtriſtari. tedere ⁊ pauere ⁊ meſtus eſſe. Et aſſumpto petro ⁊ iacobo ⁊ iohāne. dixiſti eis. Triſtis eſt aīa mea vſq̧ ad mortē. Suſtinete hic ⁊ vigilate. vt nō in

eretis in tēptationē. Spūs q̄ dē pmptus ē: caro autē infirma. Et pgreſſus puſillū poſitis genib' in terrā pcidens in faciē: orans: dixiſti. Mi pater: ſi poſſibile ē trāſeat a me calix iſte. nō tñ q̄d huma no affectu loquor: ſed magis q̄d tecū diſpoſui i diuinitate fiat. Et vſq̄ tertio ibas repetens eundē ſermonē tunc factus in agonia prolixius orabas. Et fact' eſt ſudor tuus ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terrā. Sed ſtatī ab angelo confortatus. q̄ vnic' filius a patre deſolatus. ⁊ ſic cōfortatus volūtarie ibas in locum quē ſciebas cognitum eſſe traditori tuo. Propt hāc deuotā orōnem tuā. et p trinam excitationē qua pie hortaſti diſcipulos tuos vt vigilarēt ⁊ orarēt. et p magnā anguſtiā quā tūc habuiſti. ſuccurre mihi in agonia exitus mei. et concede mihi bonam et pulcerrimū finem. Amē.

## De ſpōtaneo trāſitu ieſu ad paſſionē ipſiuſq̄ traditionē p iudā traditorē. ⁊ de ſanatione ſerui cui abſcidit petrus auriculam.

Laudo ⁊ glīfico te domine ieſu xp̄e ꝑpter magnā anguſtiā qua cor tuū in hac nocte p̄occupatū erat qñ iudas traditor tu' ad te venit ⁊ q̄ cū eo miſſi erāt a p̄ncipib' et ſeniorib' ſacerdotū q̄rētes te cū gladijs ⁊ fuſtib' ⁊ laternis. Sȝ tu volūtarie pceſſiſti eis obuiā dicēs. Quē q̄ritis. Rñdentib' illis. Jhm nazarenū. Dixiſti. Ego ſuȝ. Illi hoc audiētes ⁊ ſplēdore diuini lumis qui radiabat de oculis tuis ferre nō valentes abierūt retrorſum ⁊ ceciderūt in terrā. Sȝ tu immēſa pietas pſtitiſti Iterꝫ eis dicens Quem queritis. At illi: Jeſum nazarenum. Reſpondiſti manſuetiſſime. Dixi vob quia ego ſum: Si ergo me q̄ritis ſinite hos abire. Tunc iudas vnus ex duodecim electis tuis confeſtim accedens Ait. Aue rabbi. Et oſculatus eſt te. Et ipſo oſculo tradidit te in mortē. Repleuit ⁊ inebriauit te amaritudie. ſed tu auctor pacis ⁊ amator ꝑō dedignatus es os tuum in quod dolus non venit. appon̄re labri pleno dolo: et fallacia. patienter et humiliter

ſuſcipiẽs oſculũ pacis quod
ſciebas eũ in corde nõ habe-
re. Et veteris amicicie ãmo-
nuiſti eũ dicẽs. amice ad qd
veniſti. Et inter hec vnus ex
tuis ꝑcuſſit põtificis ſeruũ.
et abſcidit auriculã eiꝰ dexte-
rã. Cui dixiſti. Mitte gla-
diũ tuũ in vaginã. et tãgens
auriculã eiꝰ ſanabas eum.

## De derelictiõe ie-
## ſu in manu hoſtili. et fuga di-
## ſcipulorum. deq̃ dira cõphẽſio-
## ne. alligatiõe ⁊ deductiõe eiꝰ
## ad annã ſacerdotẽ ⁊ cayphã.
## et de ꝑcuſſiõe ⁊ ꝯſputiõe eiꝰ.

Gratias tibi ago dñe ie-
ſu xp̃e. ꝓpter magnã pie-
tatẽ tuã q̃ tuos abire feciſti qr
tũc fugierũt oẽs amici tui re-
linquẽtes te ſolũ. Et iudas
aduerſariꝰ tuꝰ ſicut leo in ſil-
ua dedit rugitũ ꝯ te dicens.
Congregamini ⁊ ꝑperate ad
deuorãdũ illũ. Et illi ſtatim
violẽter iniecerunt ſceleratas
manꝰ ſuas. ligãtes innoxias
manꝰ tibi. q̃ veniſti diſrũpe-
re iugũ captiuitatꝫ nr̃e. Sꝫ
tu valde hũiliter ad turbas di-
xiſti. Quaſi ad latronẽ exiſtꝫ
cũ gladijs ⁊ fuſtibꝰ cõphẽ-
dere me. Illi vero valde indi-
ſciplinate te agnũ mãſuetiſſi-
mũ. ad inſtar latronis trahe-
bãt ſecũ te captiuũ ⁊ victũ q̃
ſi ſceleratũ. Et ſic ꝑmũ pñta-
bãt te ante annã. vbi tu ſapiẽ-
tiſſimꝰ interrogaiꝰ es de do-
ctrina tua ⁊ de diſcipl'is tuis
q̃ ſi eſſes inſapiẽtiſſimꝰ. Rñ-
diſti. Ego palã locutꝰ ſũ In-
terroga eos q̃ audierũt. Et
tu dñe vniuerſorum valde acrit
ꝑcuſſus es ab vno aſtãti qui
dedit tibi alapã dicẽs. Sic
rñdes pontifici. Et tu valde
hũiliter rñdiſti. Si male lo-
cutꝰ ſũ ꝑhibe teſtimoniũ de
malo. ſi autẽ bñ qd me cedis
Tũc miſit te annas ligatum
ad cayphã. añ quẽ ſtare facie-
bãt te dñm celorum. cui milia
miliũ angelorum ſpaſſiſtũt i ce-
lo aſpiciẽtes ⁊ laudantes te.
Et ibi q̃rebãt ⁊ dicebãt ad-
uerſum te m̃lta falſa teſtimo-
nia. q̃ es ſũma ꝟitas et tu ni-
hil dixiſti. ſꝫ oia eq̃nimiter ꝑ-
tuliſti. et in magna paciẽtia ⁊
caritate ſtetiſti. deꝰ añ hoies:
creator añ creaturã. Et iter-
rogatꝰ ⁊ adiuratꝰ hũiliter cõ-
feſſus es te filiũ dei eſſe. Illi
ꝟo dixerũt te blaſphemiã di-
xiſſe. et reũ eſſe mortis. ⁊ pal-
mis ꝑcutiebãt te i faciẽ tuã.

et miniſtri alapis ⁊ colaphis collū tuū venerabile cedebāt et tractabāt te ſm ſuā volūtatē. nō ſolū cōtēnētes te dei filiū. ſ3 etiā oīno in te obliti toti⁹ hūane cōpaſſiōis. Et ceperūt cōſpuere in faciē tuam amabilē in quā deſiderāt angeli pſpicere. et te ſpecioſū forma p̄ filijs hoīm fedebāt inq̄natiōib⁊ ſputoꝝ. Et in deriſionem velabāt luci diſſimos oculos tuos q̄ illuminat celū et terrā. Et pcutiebāt te valde illuſiue dicentes. ꝓphetiſa nob q̄s ē q̄ te pcuſſit. et alijs multis te blaſphemātes. S3 tu cādor lucis eterne nō auertiſti faciē tuā ab increpātib⁊ et cōſpuētib⁊ in te. O vultus amabilis nazareni flor3 q̄ mārie totiens delicati oris ſuſcepiſti oſcula. plen⁹ es meroris q̄s per ſputa ꝯbis maculas horroris. te velāt. te lacerant man⁹ inimicoꝝ. Ad vidēdū dur⁹ es oculis eoꝝ q̄b⁊ lumē veneras p̄bere ſctōꝝ. O margarita ⁊ ſplēdor angeloꝝ. ī oībus his tribulationib⁊ ⁊ anguſtijs tuis pie reſpexiſti petrū te negātē. q̄ reuerſus ī ſe fleuit amare. Tūc inſurrexerūt in te viri iniq̄. abſq̄ miſericordia q̄ſierūt te interficere. et nō pepercerūt te in faciē tuā pcutere. Et ibi tota nocte in iurijs cōtumelijs et cōuitijs te vexabāt. O bone ieſu per hāc magnā ꝯtumeliā et per oēs occultas et manifeſtas paſſiōes q̄s vnq̄ ꝑtuliſti corde vel corpe. te dep̄cor ſuppl'r vt nō pmittas me cōfundi vl' ꝑturbari de occultis ⁊ publicis pctis meis nec ī pn̄ti nec ī futuro. Amen.

## ¶ De pn̄tatiōe victi ieſu corā pylato. et de irriſiōe ei⁹ ab herode ⁊ exercitu ei⁹. de q̄ impbo clamore iudeoru3 Crucifige eū. et de expoliatōne ⁊ flagellatiōe eius.

Domine ieſu xp̄e fili dī viui. laudo ⁊ gl'ico te q̄ mane facto cōuenerūt pncipes ⁊ ſeniores ſacerdotū. ⁊ ꝯſiliū fecerūt quō ignominioſa morte pderēt te. et ducētes te ī cōciliū ſuū. interrogabāt te dicētes. Si tu es xp̄s dic nob palā. Rn̄diſti. Si vob dixero nō credit3. Si aūt interrogauero nō rn̄detis mihi. neq̄ dimittetis. Ex h aūt erit fili⁹ hoīs ſedēs a dextr3 dei. Clamauerūt oēs. tu ḡ fili⁹ dei es.

Rñdiſti. Uos dicitis: quia
ego ſum. At illi. Quid ad-
huc deſideram⁹ teſtimonij. ip
ſi eni audiuim⁹ ab ore ei⁹. Et
exurgens omnis multitudo
eoꝝ vinctū te ducebāt et pñ-
tabant ante iudiciū pylati. et
ibi accuſabant te dicentes.
Subuerſorē ⁊ ſeductorē eſſe
gentis ſue. et ꝓhibentē te tri-
buta dari ceſari. et dicere te
xp̄m regem eſſe. et cōmouiſſe
populū docens ꝑ vniuerſam
iudeam incipiens a galylea
vſqꝫ huc. His auditis pyla-
tus miſit te ad herodē. et tu
illuc valde humiliter et patiē
ter cucurriſti quaſi gygas vi
am nr̄e ſalutis. Illi vero cuꝫ
p̄ſentarent ante herodem te
regem regū ſpernendū. illudē
duꝫ diuerſis conuicijs. aſta-
bant cōſtanter accuſantes te
creatura creatorē. homies de-
um. impij iuſtū. Et ipſe he-
rodes interrogabat te in mul
tis ſermonib⁹ ſperans aliqđ
ſignū a te fieri. Sꝫ tu ieſu bo
ne nullū reſpōſum dediſti. et
nullū ſignū oſtendere volui-
ſti. niſi ſignum humilitatis et
patientie tue. Illi aūt ſubſan
ſpes miſeroꝝ, ad te glīa mea
et exultatio cordis mei. cōfu-
giam de lacu miſerie ⁊ de lu
to fecis. tibi inhereā ꝓut ipſe
dederis ſuauitatis melliflua
vt tu dulceſcas mibi dulce-
do nō fallax. dulcedo felix ⁊ ſe
cura. Querā ḡ te dn̄e inuocā̄ſ
et inuocabo te. credēs in te. et
q̄rēs te inueniā te. et inueni-
ens bn̄dicā te qui benedixiſti
nos omi benedictiōe. Deus
meꝰ vnica ſpes mea. exaudi
me ne fatigatꝰ nolim q̄rere te
ſed vt q̄rā faciē tuā ſp arden-
ter. tu da querēti te vites qui
inueniri te feciſti. et magis ac
magis ſpem inueniendi dedi
ſti. Illumīa dn̄e cordis mei
oculū intime viſiōis perſpi-
cua luce. velatꝰ eſt eni ⁊ cecꝰ
caligine terra pctōꝝ ⁊ ignorā
tie. Illumīa eū lumīe gratie
tue vt ſinceris fidei oculis et
puro lumīe cordis inſpiciam
myſteria corporis tui. veꝝ qꝛ
nō eſt pulcra laus in ore pctō
ris viri. et fides ſine cōdigniſ
operibꝫ nō laudat. ḡ patrē per
filiū rogo filiū per patrē, rogo
ſctm̄ ſpm̄ pet patrē ⁊ filium.

vt ⁊ oīa vitia elōgent a me. ⁊
oēs ſctē virtutes plantent in
me. quatinꝰ acceptabile tibi
fiat ſacrificiū laudis fidei mei
deus meꝰ. et ad te deſcendat
in odorē ſuauitatis obſecro te
et miſcdiam tuā ſupplex im
ploro. cunctoꝝ fons ⁊ origo.
largitor ⁊ cōſeruator oīm vir-
tutū deus. adauge per fidem
ſanctā ⁊ rectam ⁊ immacu-
latā: fidem feruentē ⁊ inſepa
rabilem que in me omne qd̄
tibi placet per dilectionem et
humilitatem operetur q̄ vin
ci nequeat verbis altercatōis
in tempore perſecutionis. vt ſi
diſe neceſſitatis ſcrutans cor-
da ⁊ renes. Coram te eſt ſa-
nitas ⁊ infirmitas mea. Illā
precor ſerua: iſtam ſana. Co
ram te eſt ſciētia ⁊ ignorātia
mea. vbi mihi aperuiſti ſuſci
pe intrantem vbi clauſiſti. ſu
ſcipe ⁊ aperi pulſanti. vt audi
ens intelligam te. intelligens
diligam te. ⁊ diligens laudē
te. atq̄ȝ in toto corde meo de-
ſiderem pulcritudinem viſio
nis tue ſemper inſpicere.

¶ Oratio ad ſanctā
trinitatem Auguſtini Feria
ſecunda.

O Trina vnitas et vna trinitas. cuius potẽtia gubernat om̄ia. regit om̄ia. implet om̄ia. creat om̄ia. Te cũcta magnificãt. te om̄es ſpiritus laudãt. te adorãt. te bñ̄dicũt. Omnia beatorũ ſpirituũ agmina et ſupnoꝝ ciuiũ tibi mater eccleſia in toto orbe offert preces. et inceſſanter tibi decantat laudes. Te ergo vltim⁹ ſeruoꝝ tuoꝝ laudo ꝛ benedico mens mea iubilat tibi. et omnia oſſa mea clamãt. Quis ſimilis tui domine. tu es eni verus de⁹ colẽdus ꝛ venerãdus ꝛ honorãdus. timẽdus ꝛ amãdus cũ om̄i deuotione dñe deus nr̄. qꝛ cũ non eſſemus potẽter fecisti nos. Cũ perditi fuiſſemus culpa noſtra pietate et bonitate tua reparaſti nos. Unde cõfiteor tibi rex celi ꝛ terre honorificabo te ſacrificõ laudis. Sed qꝛ nihil niſi de tuo acceptabile tibi offerri põt tu de⁹ in cui⁹ lumine lumen videm⁹. da queſo lucem in corde. da verbum in ore. da menti celeſtẽ cõſcendere ſedẽ da fontẽ luſtrare boni de luce repta. in te cõſpicuos defigere viſus. Et qm̄ altera ps ſumus celi. altera terre. diſſipa queſo terre nebulas. ꝛ põdera moles. atq꜄ tuo illumina ſplendore obſcurã interioris hominis mei faciẽ. Siſte vagas mentes per deuia multa ruentes. Subde corpus anime atq꜄ me intus ꝛ exterius per omnia tue ſubde volũtati. vt vniuerſis ſuo bene compoſitis ordine. ꝑ gratiã tuam te ꝑfecte diligere ꝛ digne laudare valeã labijs corde. omniq꜄ qua valeo virtute clamãs ad te. ita dicens. Sancta trinitas ꝛ indiuidua vnitas pater ꝛ filius ꝛ ſpũſſanct⁹ vn⁹ deus omnipotẽs creator omniũ deus qui feciſti om̄ia celum terrã mare. et que in eis ſunt. in cuius manu ꝛ poteſtate cuncta cõſiſtunt. In tuam ſanctiſſimã ac pũſſimaꝫ et ſingularẽ cuſtodiã cõmendo aiam meã. corpus meum et ſenſus meos cũ omnibus actib꜊ meis. vt me a malignis ſpiritib꜊ ꝛ immũdis ac prauis ꝛ vanis cogitatiõib⁹ ſꝑ et potẽter eripias. emendas ꝛ defendas ſimul. et ab om̄ib⁹ peccatis ꝛ iniquitatib⁹ meis me miſericorditer purifices: et ab om̄ibus hoſtib⁹ viſibili

bus et inuiſibilibꝰ ꝛ ꝑiculis i tua virtute defendas. ꝛ in corꝑ ptātē nūq̄ꝫ venire me ꝑmit‑ tas. neq̄ꝫ hic neq̄ꝫ in futuro. ſed miſcđiam tuā magnam et grām ſempiternā in omī lo co ꝛ in omī tpe ſpadeſſe mi‑ hi clemēter ꝛ dignāter ꝯcedas.

## Feria tertia orō ſā cti auguſtini ad ſcā3 trītatē.

Confiteor te patrē ꝛ filiū et ſpm̄ ſanctū in perſonis trinū in ſubſtantia. vnū verū deum omnipotentē viſibiliū ꝛ inuiſibiliū creatorē. Te q̄ dem confiteor patrē ſumme bonitatis ꝛ totius deitatis. ꝓ mū ex nihilo omnia ducentē ſed principiū dantem. Cre‑ do ꝛ confiteor non corporali ꝓgenie neq̄ꝫ extrinſecus neq̄ꝫ ex neceſſitate neq̄ꝫ volūtate. ſed natura filiū generantem. Confiteor ꝛ te filium ex pa‑ tre ſine initio genitum ineffa biliter. verum deum vnigeni tū per quē omīa facta ſunt. et verū dei patris verbum. nō factum nō creatū. nō adop‑ tatū ſed genitū. et vnū cum patre in ſubſtātia. Itaq̄ꝫ ita equalē cū deo patre. et tu ipſe nec gradu nec poteſtate poſ‑ ſis eſſe inferior. nec diuine ge neratōni aliquod tēpus aſcri bo. q2 ſemꝑ fuit pater. Nun‑ quid ergo non fuiſti filiꝰ. Te quoq̄ꝫ ſpm̄ ſanctū verū deu3 non factū. non creatum non genitum. ſed ex patre filioq3 inenarrabiliter ꝑmanentem. Igitur dn̄e deus trine ꝛ vne ſciētie lumen accende in cor de meo ꝙ te diligere merear trinum ꝛ vnū ſicut es trinus et vnus deus. et ignorātie te‑ nebras meis ac magis remo ue a me vt ſpūaliter videam quantū poſſibile eſt humane fragilitati. Da mihi in via hac qua te duce gradior ꝛ in telligam ꝛ intellectū inſpira mihi. et ſemꝑ doce per grati‑ am tuā qualiter in te irrepre hēſibiliter ſit credendum. vt te vnū deū eternaliter ſapiam et incomprehenſibiliter tri‑ num ꝑſonaliter capiā. Reliq̄ vero ſacramēta que tenentur in eccleſia tua ſtupenda ſunt et veneranda. Sed illud tuū ſacramentū ꝑcellit vniuerſa: Hoc nempe indiuidue trini tatis myſteriū ꝛ illud celeſtꝭ menſe ſacramentū quod fide les ꝛ pias animas paſcit car ne ꝛ potat ſanguine vt neq̄ꝫ

eſuriant neqꝫ ſitiant ineternū Fac ergo me dn̄e deus meꝰ pura ꝛ ſimplici cōſcia illa p̄cipue inter cetera ſentire. credere. ſumere. ꝛ retinere. Ne ſinas q̄ſo dn̄e fidē meā in eis aliquatenus vacillare ſed ita ſemꝑ in eis ꝛ de eis pro tua tribuas pietate mihi credere et intelligere ſicut veritas ſe habet. Intret in coꝛ meū gloria tua. que ibi ſine ſono et ſine ſtrepitu verboꝝ loquatur omnium tantoꝛum myſteriorū veritatē dulce ꝛ dulcedine intus vbiqꝫ foris ꝛ vndiqꝫ ꝑfundat animā meā illa gr̄a virtutū. et iudex omniū veritatum. et ſic irradiendo et ſoꝛporando eam in ip̄o veritatꝭ centro ſtabiliat atqꝫ cōfirmet vt neqꝫ velim neqꝫ poſſim d̄ tantis myſterijs aliter ſentire niſi ſicut docet ꝛ opoꝛtet. O omp̄s bonitas cuius pietatis aures ip̄is pauperum tuoꝛum deſiderijs patent. intellige clamoꝛem filij tui. pꝛeſta dn̄e vt ip̄o mentis palato ſūme guſtem ꝛ ſapiam hec ineffabilia ſacramenta. Magna enī ſunt ꝛ mira valde. et ego paruulus in eorū conſideratōne deficio quotiēs ad intuenda fidei oculos attollo. Sed quia miro modo vtraqꝫ nobis neceſſaria ſunt ad ſaluteꝫ auctoꝛ inuiſibilium creaturarum qui es ſumma ſubſtantia ꝛ vna diuinitas atqꝫ perſonarum vera ꝛ perfecta trinitas. Te deum patrem exoꝛo ex quo omnia ꝛ filium tuum per quem omnia ſimulqꝫ ſpiritū ſanctū in quo omnia. te deū meū quē vnū ꝛ veruꝫ in trinitate cōfiteoꝛ quo creati et liberati ꝛ illuminati ſumus. Supplex oꝛo tantoꝝ auidus myſterioꝛum. lacta me nutrime. ꝛ in mēſurā etatis vſqꝫ perfecti viri meā extēde exiguitatē. vt ſolidā hūc ꝑfectoꝛuꝫ cibū capere valeam. imꝑfectū enim meū viderūt oculi tui.

## Feria q̄rta orō ſcti̅ auguſtini ad ſanctā tri̅tatem

Domine da nobis te rectoꝛe te duce inter ſcillā et caribdim iter cernere ꝑ medium ꝛ integra naui et ſaluis mentibꝫ peruenire poſſimus ad te poꝛtū tutiſſimum felix aīa q̄ iā terreno ſoluta carcere libera celum petit que beatis iā admixta ſpiritibꝫ maieſtati tue ſecura nūc aſſiſtit. q̄a te

ſam in circumſcriptū lumen
cernit. que nullo metu moꝛtꝭ
vel hoſtis afficit q̄ in coꝛru-
ptionis ꝑpetuo munere letat
vtinā ita ſuccedat ⁊ moꝛtale
hoc induat immoꝛtalitatem
Nūc eni hāc diuitie iactant.
paupꝫtas deijcit. iuuentus ex-
tollit. ſenectus incuruat. et in
firmitas frangit. meroꝛ depri
mit. et poſt hec omnia moꝛs
interimit vniuerſis gaudijs
finē imponēs: Iāq; aduēni-
at ⁊ aduolet illud regnū obſe
cro carēs moꝛte. vacans fine.
cui nulla tēpoꝛa ſuccedūt per
euum vbi cōtinuus ſine no-
cte dies neſcit habere tempꝰ
vbi illi angeloꝛuꝫ hymnicidi
choꝛi ⁊ ſupnoꝛū ciuiū ſocie-
tas vbi dulcis ſolennitas ab
opere generatiōis huiꝰ triſti
laboꝛis redemptū ad hoꝛum
ſanctā frequētiā ⁊ tue inſpici
ende pulcritudinis mēſurā.
et ſine fine leticiā fac me dn̄e
deus toto coꝛde intēdere viri
liter currere ⁊ feliciter ꝑueni-
re. Interim dū maneo ī iſto
coꝛpoꝛe. in his ſemꝑ medita
tionibꝫ mentē meā bonoꝛum
inſinuatoꝛ exercere. Mūda
igitur coꝛdis ītuitū et mētꝭ
affectū. Accende celeſti igne

animū vt te ſolū amem. te ſo
lum in coꝛde habeā ⁊ in oꝛe.
qui es futurū nobis ſine fine
p̄emiū. et vt pondus moꝛta-
litatis mee leuius ferā. Da
lumen in coꝛde. da verbuꝫ in
oꝛe. aperi ſanctaꝝ ſecreta ſcri
pturaꝝ ꝓfunda myſteriōꝝ re-
gni tui viſceribꝫ meis ꝓpina.
Da ex amoꝛe tuo lachꝛimas
da fidei virtutūq; pennas. q̄
bus indutus ruſus ad te vo
litē. et pꝛoꝛſus celū petā hoc
per te. de te in te cōfiteoꝛ. O
beata ⁊ benedicta ⁊ gloꝛioſa
trinitas. O vera ſūma ſem-
piterna vnitas pater ⁊ filiꝰ et
ſpūſſanctus. Confiteant er-
go tibi dn̄e omnia opa tua et
ſancti tui benedicāt tibi. Et
ne cōfitendo reſipiſcant. Nō
ceſſent a laudibꝫ tuis peccato
res quoꝝ vnus ego licet ī pec
catis pꝛemoꝛ. coꝛde tn̄ deſide
ranti tuas decanto laudes:
Sed ſi nō ea qua debeo lau
de ⁊ dignitate: facio qua va-
leo facultate. Reſpice queſo
ſereno vultu ad hoc mee exi-
guitatis obſequiū ⁊ ꝓpiciabi
li dignatione accipe tantil-
lum ſacrificiū confeſſionis ſi
dei mee. vt ad te r:deat quod
a te venit. non reſpiciens ad

illud tantū quod deuotꝰ offe-
ro. quantū ad ea que deuotiſ-
ſime dicere volo. quicquid te
decet vel offendit. vt cogno-
ſcat anima mea. vtinā poſſim
talia q̄lia illi hymnidici chori
angelorū. O ꝙ̄ libenter tu-
is in laudibꝫ me totum infū-
derem et luculenter in medio
eccleſie carmen tue glorie in-
fatigabiliter perorarem. Sꝫ
quia vt illi nequeo prorſus ta
cebo. Ve dn̄e tacentibus de
te. qui ora multorū ſoluis. et
linguas infantiū facis diſer-
tas. verū quia paruulis licet
balbutire. Suſcipe ſacrifici-
um de manu lingue mee de
cordis amore. Sed ignoſce
dn̄e rogo indigniſſimo ⁊ infe
lici tecū de te diutius loquen
ti ſeruo. Ignoſce pie. qꝛ non
temeritate p̄ſumptionis. ſed
auiditate tui deſiderij has o-
rationes aſſumpſi. vt breue ⁊
manuale verbū de te ſemper
haberem. ex cuiꝰ lectione quo
tiens tepeſco in tuum reaccē
dar amorem. Sumus enim
in medio laqueorum poſiti. ⁊
ideo facile refrigeſcimꝰ a cele
ſti deſiderio. vnde indigemꝰ
aſſidue monumento quo exꝑ
gefacti ad te noſtrū verꝫ ſum
mūqꝫ bonum cum defluimꝰ
recurramus. Qui viuit ⁊ re.

## Feria quinta oratio ſancti Auguſtini ad ſanctam trinitatem.

DEus lux vera que ſine
acceſſu ea que elegis il-
luſtraſſet ſine receſſu ea que
reſpuis deſeris. Deus cuius
vnigeniti fides nos excitat.
ſpes erigit. caritas vnit. deus
qui petere iubes ⁊ inuenire fa
cis. et pulſantibꝰ aperis. De
us a quo auerti cadere eſt ad
quē redire reſurgere eſt. in q̄
manere conſiſtere eſt. deꝰ quē
nemo amittit niſi deceptꝰ. ne
mo querit niſi monitus. ne-
mo inuenit niſi purgatus. de
us quē neſcire mors eſt. quē
noſcere viuere eſt. quē ſperne-
re perire eſt. cui ſeruire regna-
re eſt. Te laudo. te benedico.
atqꝫ adoro. tue clementie atꝫ
bonitati gratias agens ꝓ vni
uerſis donis ac beneficijs tu-
is atqꝫ datis. ⁊ ꝓ omnibus be
neficijs miſericordie tue. que
anime corporiqꝫ meo largiris
et ſempꝫ largitus es a pueri-
cia ⁊ a cunabulis meis. et ꝓ-
pter te ⁊ nomen ſanctū tuū.
Da igitꝰ dn̄e mihi rogo ſpa-

cium locũq3 z fruct⁹ dignos penitētie. Da cor cōtritū et humiliatū. da gratiā lachrimarū. Da lumen in corde. vires in corpore. vt que agenda ſunt videā. et ad ea implēda. que de eis video fortiter conualeſcā. Miſerere mei domine miſerere mei. Ne perdas me queſo cū peccatis et negligentijs meis Da mihi ꝓpter nomen tuū tu qui iuſtificas impios z viuificas mortuos. z mutas peccatores gratiam tuā z emunda vitā meam meliora act⁹ meos. Cōpone mores meos. tolle ꝺ me quod tibi diſplicet z mihi nocet. et tribue pro bonitate tua quod noſti tibi placere z mihi prodeſſe. Fac me p̄cor clamens dn̄e ꝑ gratiā tuā talez cui omnia poſſibilia ſunt vt placere valeā corā oculis tuis in veritate. Quam piā nō abhorreo medicinam. Sum enī valde infirmus: q̄ſo medere languores meos. excoq̄ ſcoriam peccatoꝝ meoꝝ vſq3 ad purū priuſq3 abeā modis q̄bus tibi videt̄. Sed rogo dn̄e ꝑ tuā miſcdiam z rogare nō ceſſo quod nimis deſidero. Mollifica cor meum

durū z lapideū tua mirabili vnctione. mollif ca me p̄cor z fac me per ignē cōpunctiōis hoſtiā viuā corā te quotidie fieri. Reſpice in me domine et miſerere mei. da mihi effectum petitōis z deſiderij mei Da capiti meo aquā imēſaz et oculis iteꝝ infunde fontem lachrimaꝝ iugiter manantē. vt pro vulnerib⁹ aie mee indeſinenter dieb⁹ ac noctib⁹ defleam donec tp̄s acceptabile. donec dies eſt ſalutis. donec vacant flere mala que feci z q̄tidie facio vt ꝑ labores penitentie vita eterna ꝑfrui merear cū bonis vel vltima ſaltez portione cū iſto latrone venerabili. qui per vnū verbū factus eſt heres paradiſi in ſpo mortis articulo quē propter multitudinem miſericordie tue z bonitatem exaudiſti. exaudi pie ieſu preces ſerui tui. reminiſcere miſerationū tuarum q̄bus mirabiliter z miſericorditer ſubueniſti humano gnneri propter bonitatez. q̄m nos amaſti. paſtor bone. q̄ proprio filio tuo non peperciſti ſ3 pro nobis impijs tradidiſti eū. Subditus ille fuit tibi vſq3 ad mortē mortē cru

cis pro nobis victor tibi factꝰ
eſt. victima ſacerdos ⁊ ſacrifi-
ciū merito mihi valida ſpes.
in illo eſt q̄ ſanabit om̄es lan-
guores meos. per eum qui ſe-
det ad dexterā tuā ⁊ interpel-
lat pro nobis. Deſperare vti-
q̄ poſſem niſi verbū tuū ca-
ro fieret ⁊ habitaret in nobis
Si enī cū inimici eſſemus:
recōciliati ſumus tibi p̄ mor-
tem filij tui quāto magis nūc
ſalui facti ab ira p̄ ip̄m. Gra-
tias itaq̄ ago tibi indulgen-
tiſſime pater ⁊ pro ſancta in-
carnatione tua paſſiōe. mor-
te ⁊ reſurrectiōe. ⁊ in celum
aſcenſione dn̄e noſtri ieſu xp̄i
tui. Benedico nomen tuum
totis viribꝫ meis pro illa ſa-
cratiſſima ſanguinis effuſiōe
qua ſumus redēpti. Implo-
ramus ineffabilē miſericor-
diam tuā ne permittas nos
eſſe ingratos de tantis bene-
ficijs. nec indignos tā multis
miſerationibꝫ. Cumꝰ enim
pars tua nō viles q̄s placu-
it tibi tanta redimere precio.
Qui viuis ⁊ regnas deus p̄.

Oro ſcti auguſti-
ni ad ſanctā trinitatem. Fe-
ria ſexta.

Deus ineffabilis ⁊ indi-
cūſcripte nature. inſtitu-
tio oīm rerū dn̄i noſtre Jeſu
chriſti pater. qui per eundem
filiū tuum dilectum de ſinu
tuo miſiſti ad publicum no-
ſtrum ſuſcipere vitā noſtram
vt nobis donaret ſuam. Eſ-
ſet q̄ perfectus deus ex pr̄e.
et perfectus homo ex matre.
totus deus ⁊ totus hō vnus
et idē chriſtus. eternus ⁊ tē-
poralis imortalis ⁊ mortalis
creator ⁊ creatus. fortis ⁊ in-
firmus, nutritor ⁊ nutritus.
paſtor ⁊ ouis. tēporalit mor-
tuus. tecū in eternum viuēs.
dator vite eterne municipiū.
promittens dedit nobis ⁊ di-
xit. Quodcūq̄ petieritis pa-
trē in nomine meo dabit vo-
bis. Obſecro itaq̄ domīe ⁊
nimis piū rogo te in nomine
dulciſſimi filij tui vt des mi-
hi cum eodem filio tuo. te in
omnibus benedicere ⁊ glori-
ficare. qꝛ quorū vna eſt ſubſtan-
tia vnū eſt ⁊ datū. Des er-
go per illū ⁊ cū illo peccatorū
meorū veniam. ⁊ mandatorū
tuorū cuſtodiā. dilectionē filij
tui. ⁊ firmū amorē cōtra dya-
bolū. fortia humilitatis arma
et erga fratres ꝑitatē pfectā.

et caritatē inextinguibilem: temperantiā cibi pot⁹ ⁊ somni ⁊ totius anime desiderij cōtinentiā. auditū castum. simplicem visum. puritatem cordis. mundiciā corporis. ⁊ cogitationē mundā. oris cordisqꝫ custodiā. vt nec corpus intus iniquitatē concipiat. nec lingua foris periuret. nec falsa loquat̄ nō taceat vera. nec salutifera abscondat. nec mortifera proferat. Precor etiam te vt des mihi assiduitatem orandi. vires ieiunādi. freqn̄tiā legendi. vt precepta tua infatigabiliter legā. quod est rectū teneam. quod deforme deponā. qđ pulcrū excolam. qđ sanū seruem. qđ infirmū corroborē. et om̄e qđ tibi placet custodiam perseueranter. Des mihi insuper despicere tēporalia et totius virib⁹ eterna diligere. et mortuus mihi despiciā ⁊ tibi viuā. nō gaudeā nec lugeā de tp̄alib⁹. nec metuā qđ tēporale est. nō blādis corrūpar. neqꝫ aduersis deijciar. Rogo ꝗ pater clem̄tiam tuā in noīe filij tui circūcide augmentū. pfectionēqꝫ virtutū illumina sensū ⁊ animam vt illud a te petam qđ te delectat audire. Doce me q̄d cogitare q̄d ager̄ q̄d loq̄ q̄d tacere debeā. Da mihi prudētiā. fortitudinē. iusticiā. atqꝫ tēperantiā. Da discretioneꝫ discernendi inter dexteram ⁊ sinistrā. Da sensum vigilem et prouidū intellectū. vt possim bona ⁊ mala discernere: Aufer a corde meo alienationes. cura in me stuporē mentis. Stirpa in visceribꝫ meis vtilia ⁊ eradica iniquitates. Recipe de lingua mea detrahendi consuetudinē mētiēdi facilitatē. loquēdi scurilitatē. et omnes actus vanitatis arte tue medicine sana in me. Da mihi perfectionē in moribus. tene me virtute omnipotentie tue. et nō sinas vagari proprij arbitrij libertatē. Iuxta prudentiā tuam dispone omnē viā meā in tua voluntate animā hanc peccatricem p qua mortuus est christ⁹ nō pmittas perire. Frenū tuuꝫ in maxillis meis pone. ⁊ tanqꝫ māsuetudinem trahe me post te. Tu eni cuncta q̄ mihi expedūt nosti nō mihi. nō dyabolo. nō mundo. nō alicui alio licet tua dona subuertere quia totū fragile est quod ti-

bi nititur obuiare. Feciſti ei mecū miſcdiam tuā multā. perfice quod feciſti. Da mi- hi ſemper vbiqꝫ contra hoſtē crudeliſſimū tue pie defēſio- nis auxiliū. vt ſicut fragilita tem meā ille immundus nō ceſſat petere. ita tuis cogatur viribꝫ abſcedere. pſta vt ſim paruus ꝛ oculis meis coram te inueniā gratiā. Adauge mihi firmā fidem. ſpem. incō cuſſum. caritatē. humilitatē- qꝫ perfectā. patientiam inui ctiſſimam. corporis ꝛ anime caſtitatē ppetuam. Da mihi cordis contritionē. lachrima rū fontem. Da ſimplicē inno centiā. puritatē cordis. cōſcie ntiā rectā ꝛ integritatē mētis Da vires ꝛ virtutes vt victor mei in cunctis exiſtā. Domi netur in me ratio. et ratiōi do minetꝰ gratia tua vt nō viuā beſtialiter raptus impetu car nis ſed ſit ꝯuerſatio mea mo deſta ꝛ rationabilis. Fac me prouidū ꝛ in cunctis diſcretū Tribue mihi nulli occaſiōeꝫ ſcandali. pbere ſimplicitatē ꝛ veritatē diligenter. et inſtan- ter ea que ſunt pacis ſeq̄. Per dominum noſtrū ieſum chri ſtum filium tuum qui tecū.

## Sabbato oꝛo ſcti auguſtini ad ſctām trinita- tem.

Pater oīm bonorū deus pater. cui nunqꝫ ſine ſpe miſericordie ſupplicatur cuꝫ filio tuo ꝛ ſpūſancto. Da qđ a te deſiderat aīa mea. et qđ a te poſtulat mens mea quorū enī vna eſt ſubſtantia. vnum eſt ꝛ datū. vna operatio. vnū donū. vnaqꝫ poteſtas Lōge faca me dñe oēꝫ hypocriſim oēm ſimulationē. et fac me ſer uire in veritate. Concede q̄- ſo mihi. dona anime vt alacri corde obuiā tibi cōcurrere va leam. Excita corpus meum ſtimulis tuis. et fac me ſtren nue pſeuerare in preceptis et laudibus tuis die ac nocte. Da mihi ſcientiā humileꝫ q̄ edificat linguā eruditā et lo- quentē vt ꝛ bonos valeā ad meliora exhortari. et malos ad rectitudinis lineā reuoca- re. Infūde q̄ſo cordi meo ſpi ritū ſapientie ꝛ intellectus. ſpm̄ cōſilij ꝛ fortitudinis. ſpi ritū ſciētie ꝛ pietatis. et reple me ſācto timore ꝛ amore tuo Da irriguū ſupius ꝛ irriguū inferius. Da mihi benedictō

nem de roꝛe celi ⁊ pinguedīe terre abundantiā. Da vt aīa mea ardeat igne amoꝛis tui. Fac me mundo penitus ex‐tingui. Concede mihi coꝛ cō tritū ⁊ humiliatū ſemper ha bere coꝛā te. Fac me per gra‐tiam tuā peccata mea dolere anteq̄ moꝛiar. Da mihi to‐ta anima ⁊ totis viſceribus meis exquirere faciē tuā ſem per. Infunde dilectionē tuaꝫ pectoꝛi meo. ⁊ ſcribe dulcem memoꝛiā tui in tabulis coꝛ dis mei. Illuſtra me celeſtis patrie luce. ⁊ imaginem tue pꝛudentie nō ſinas in me ob fuſcari. Concede mihi fragi liſſimo ſanctoꝛū patrū imita ri veſtigia. Da mihi māſue‐tudinē. modeſtiā. tolerantiā. benignitatē paupertatē atqꝫ longanimitatē. coꝛdis contri‐tionē ⁊ fontē lachꝛimarū. ci‐bi potuſqꝫ abſtinentiā. labio rū mundiciā. ſpiratuale gau‐diū. ⁊ mundi cōtēptū. Ma xime a te dn̄e caritatē efflagi to anime ⁊ coꝛpoꝛis pudicici am ſicut illis feciſti. Pꝛecoꝛ te per filiū tuū reſpice in me et miſerere mei. exaudi oꝛatōnē meā. ⁊ da mihi ſcientiā pꝛo‐pter multitudinē benignita‐tis tue que mecū iugiter per‐ſeuerans. doceat me interce‐dere in miſericoꝛdia coꝛā te. ⁊ voluntatē tuā in om̄ib⁹ die‐bus vite mee implere. Hāc rem peto que cū amicis paci‐ficū ⁊ cū inimicis reddat trā quillū que me a verbo aſpero mitiget. ⁊ ab ocioſo ſermone cōpeſcat. que me ſemper deū vel que dei ſunt cogitare cō‐pellat. Et oculos meos ab iſto vano ſeculo auertat que mihi hoꝛā moꝛtis ante con‐ſpectum ingeneret. ⁊ hic gau dere pꝛohibeat. que molē pec catoꝛū meoꝛū conſiderare et plangere faciat. ⁊ non alioꝛū delicta vel feſtucā leuiſſimaꝫ perſcrutari. Poſtremo om̄ia mundi pꝛo nihilo habere: et ſicut pijſſima miſcdia tua de diſti voluntatē mihi venien‐di ad te ſicut ꝑ illā mihi do‐nare digneris ſapientiā ⁊ in‐tellectū. ꝟtutē. benignitateꝫ: et magnā gratiā tuā. ſine q̄ nec loqui. nec agere aliq̄d bo ni valeo. Et q꞉ ipſe vnigenit⁹ tuus dixit. Nemo venit ad me niſi pater q̄ miſit me tra‐xerit eū ⁊ nemo venit ad pa‐trē niſi ꝑ me. Obſecro itaqꝫ ſancte pr̄ ⁊ de⁹ noſter trahē

me tu ad ipm. ꝛ ipe me ꝑducat ad te illuc vbi ipe in dextera ſedēs eſt eterna vita vbi eſt amor ꝑfectus timor nullꝰ dies eternus ꝛ vnus omps deus. Qui viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculorū. Amen.

## Sequūtur orōes

quedā deuote multū ad beatiſſimā ꝟginem mariā dicēde in eius ſolēnitatibꝫ aut in diebus ſabbatinis ꝛ ꝑſertim in eccleſijs ipi beatiſſimi ꝟgini conſecratis.

Loquar ad cor tuū O maria ſpeculū claritatis angelice. Loquar ad cor tuum mundū dn̄a mundi. ꝛ adorabo ad tēplū ſanctū tuū ab interioribꝫ anime mee. Saluto ex intimis precordijs meis immacula tū cor tuū. quod primū ſub ſole fuit dignū ſuſcipere egredientem de ſinu patris vnigenitū dei. ſalue ſanctuariū ſingulare quod dedicauit ſibi deus in ſpūſancto. Salue ſanctū ſanctoꝝ qđ dedicauit ſummus pontifex celorū mirabili ꝛ ineffabili introitu ſuo. Salue archa ſanctificationis continens in te ſcripturam digiti dei. Salue vrna aurea habens celeſte manna plenum delicijs angelorum in te dulce conuiuium. in te omnes delicie. in te electuariū ꝛ ſapor omnis gratior. Salue cor virgineū ſancte trinitatis inuiolabile ſacrarium ꝛ nobiliſſimum receptaculum in quo diuinitas humanitati vnita. eſt per amoris oſculum. Jubilo ſēpiterno implearis. tu concha ſmaragdina. cuius viror nū q̄ꝫ expalluit que ſuperno regi noſtram ſalutem ſitienti probatiſſime fide dulce nectar ꝑpinaſti. in illa hora qua ad ſalutationem archangeli eructa ſti verbum bonum dicens. Ecce ancilla domini fiat mibi ſꝫm verbum tuum. Magnificet igitur omnis anima te Maria dulcedinis et beatitudinem tui ſacratiſſimi cordis vnde noſtra profluxit ſalus collaudet omnis lingua per eterna ſecula ſeculorum. Amen. Saluete oculi virginei omnium oculorum feliciſſimi. qui ſplendorē pr̄is eterni obumbratum

carne meruiſtis videre leticia
ineffabili. in forma paruuli p̄
filijs hominū ſpecioſi. ¶ Sal
uete aures virginee que me-
ruiſtis audire angelorum cho
ros laudibus extollētes infā
tem celū terrā qꝫ regentē ⁊ pa
tris ſuauiſſimū verbuꝫ caro
factū vagiēs inter arta p̄ſepia
poſitū leticiā qꝫ plorātē oēm
qꝫ lachrimā ab oculis ſancto
rū abſtergētem. ¶ Saluete
nares virginee haurientes
diuini flatus ſpiramen quod
vaporauit ex ore deifici par-
uuli. O caminꝰ ille in quo ar
dent ſeraphin. O paradiſus
voluptatis. O diuina pecto-
ris amatoria refrigeratrix. q̄n
tis pulſibus amoris concuſ-
ſum eſt cor tuū cū viuificus
ſpūs dei tanqꝫ auſter te ꝑfla-
uit ⁊ ſpiritū tuū totū ſibi at-
traxit. ¶ Salue os virgineū
ad oſculandū et ſalutandum
dei filiolū ſuper oīa digniſ-
ſimū. blandiēs diuino infan
tulo reſidenti in tuo virginali
gremio. ⁊ demulcens vt par-
uulum angelorum dūm. ado
ranſqꝫ creatorē oīm. prolē ex
proprijs viſceribus gentium
¶ Saluete manus virginee
que meruiſtis attrectare ⁊ vl

nis trementibus baiulare de
um. quē celi nō poſſunt cape
re. panēqꝫ angelorū paſcere i
humana eſurie. ¶ Saluete
vbera virginea que rex celoꝝ
qui paſcit oīa ſuxit de te o
virginū pulcerrima. ¶ Sal
uete pedes virginee. perfecte
ſequentes veſtigia filij dei in
caritate inſeparabili. quia ipa
mortis calamitas te matreꝫ
non diſiunxit a filio ſed tranſ
fixa morte vnici pignoris iu-
xta crucem ſtetiſtis immobi
lis. ¶ Saluete virginei cor-
poris mēbra ſingula diuine
oꝑationis inſtrumenta nobi-
liſſima manu ſapientie exci-
ſa que iniuncta ſancte trinita
tis officia adimpleſtis in ſū-
ma reuerentia. O virgo bea
tiſſima et omni laude digniſ-
ſima mater ieſu chriſti cariſſi
ma per omnia que beatiſſima
trinitas in ſanctiſſimis mē-
bris tuis operata eſt magna
lia ſuꝑ omnia eius opera. et ꝑ
illud ineffabile gaudium qꝺ
in cōceptu ⁊ in partu filij dei
in oībus mēbris tuis ſenſi
ſti. dignare de ſingulis mem
bris tuis dulcedine redundā
tibus in me ſtillare gratiā tā
ta efficacia vt ꝑfundat corpꝰ

meum et anima ⁊ ſanctificentur omnia membra mea vt ꝺ cetero nunq̄ʒ moueantur ad praua opera. ſed ſeruiant amori tuo cū leticia. et ꝑ amorem viuificent̄. regant̄. et roborentur ⁊ ꝓficiantur vſqʒ ad exiccationē medullarū omnium oſſium meorum: Amen.

## Alia oratio ad ſanctam Mariam ſci augusti.

Maria tu illa magna: maria tu illa maior beatarū mariarū. tu illa maxima feminarū. Tu dn̄a magna ⁊ valde magna. te vult cor meum amare te cupit os meuʒ laudare. te deſiderat venerari mens mea. te affectat exorare anima mea. qꝛ tuitōni tue ſecōmendat tota ſubſtantia mea. Enitimini viſcera anīe mee. enitimini quantū poteſtis. ſi q̄d poteſtis oīa interiora mea. vt eius merita laudetis. vt eius beatitudinem ametis. vt eius celſitudinem admiremini. vt eiꝰ benignitatē depcemini cuiꝰ patrocinio quotidie indigetis indigēdo deſideratis deſiderando implorantis implorando impetratis. et ſi nō ꝓm deſideriū vr̄m tamē ſupra vel certe cōtra meritū vr̄m. Regina angelorū: dn̄a mundi. mr̄ eius q̄ mundat mundū. confiteor. qꝛ cor meū nimis eſt immundum. vt merito erubeſcat in tā mūdam intēdere. nec digne poſſit mūdam intēdendo cōtingere. Te igit̄ mater illumiationis cordis mei. te nutrix ſalutis mee mentis. te obſecrāt quantū poſſunt cuncta p̄cordia mea. Exaudi dn̄a adeſto propicia. adiuua potentiſſima vt mundētur ſordes mentis mee. vt illuminent̄ tenebre mee: vt accendatur tepor meus. vt exꝑgiſcatur torpor meus. quatinꝰ ſicut tua btā ſcītas ſuper omnia poſt ſummū omniū filium tuū. ꝑ omīpotentē filium tuū. ob glorioſum filiū tuum a benedicto filio tuo eſt exaltata. ſic ſuꝑ oīa poſt dominū ⁊ deum meum tuū filiū te cor meum intelligat ⁊ veneretur amet ⁊ depcetur eo affectu. nō quo deſidero impfectus. ſed quo dicitur a filio tuo factus redemptus ⁊ reſuſcitatus. Genitrix vite anime mee. alitrix reparationis carnis mee. lactatrix ſaluatoris totius ſubſtantie

mee. Sed quid dicam. Lin
gua mea deficit quia mēs nō
ſufficit. Domina dn̄a om̄ia
intima mea ſollicita ſunt vt
tantoꝝ beneficiorū tibi gra
tias excolunt. Sed ne cogita
re poſſunt dignas. Quid enī
dicam digne matri creatoris
et ſaluatoris mei. per cuiꝰ ſan
ctitatem peccata mea purgā-
tur. per cuiꝰ integritatem mi
hi incorruptibilitas donatur
Per cuius virginitatem ani
ma mea adamatur a domi-
no ſuo ⁊ deſponſatur deo ſuo
Quid inquā digne referam
genitrici dei ⁊ dominici mei
Per cuius fecunditatem ca
ptiuus ſum redemptus. Per
cuius partum de morte eter-
na ſum exemptus. Per cuius
prolem perditus ſum. reſtitu
tus. ⁊ de exilio miſerie in pa-
triam beatitudinis reductꝰ.

Benedicta in mulieribꝫ.
Hec omnia mihi dedit bene
dictus fructus ventris tui in
regeneratione baptiſmi ſui.
Alia in ſpe alia in re. Quā
q̄ꝫ hec omnia egoipſe mihi
ſic peccando abſtulerim. vt
nec rem habeam ⁊ ſpem vix
teneā. Quid ei ſi mea culpa
euanuerunt. Nunquid ingra
tus ero illi per quem mihi
bona tanta gratis euenerūt.

Abſit ne addam hāc ini-
quitatem ſuper iniquitatem
Immo gratias ago. quia ha
bui. Doleo quia non habeo.
Oro vt habeam. Certus
enim ſum. Quia ſicut per fi
lij gratiam ea potui accipere:
ſic eadem per matris merita
poſſum recipere. Ergo do
mina porta vite. Janua ſalu
tis. Uia reconciliatōnis. A-
ditus recuperationis. Obſe-
cro te per ſaluatricem tuam
fecunditatem. Fac vt pecca-
torum meorum mihi venia:
et bene viuendi gratia conce
datur. Et vſqꝫ in finem hic
ſeruus tuus ſub tua protecti
one cuſtodiatur. Aula vni-
uerſalis pietatis. Cauſa ge-
neralis reconciliationis. vas
et templum vite ⁊ ſalutis vni
uerſorum nimium contraho
merita tua. cum in me homū
culo vili ſingulariter recen-
ſeo beneficia tua. que mun-
dus amans gaudet. gaudēs
clamans eſſe ſua. Tu nan
qꝫ domina ammirabilis ſin-
gulari virginitate amabilis.
Salutari fecunditate vene-
nerabilis ineſtimabili ſancti-

tate. Tu oſtendiſti mundo dominum ſuum. et deum ſuum quem neſciebat. Tu viſibilem exhibuiſti mundo creatorem ſuum. quem prius non videbat. Tu genuiſti mundo reſtaurationem: qua perditus indigebat. Tu peperiſti mundo reconciliatorem: quem reus non habebat

Per fecunditatem tuam domina mundus peccator ē iuſtificatus. Damnatus ſaluatus. Exul reductus. Partus tuus domina mundum captiuum redemit: Egrum ſanauit. Mortuum reſuſcitauit. Celum Sydera Terra Flumina Dies Nox. Et quecunqꝫ humane poteſtati vel vtilitati ſunt obnoxia. vt amiſſum decus ſeſe gratulantur per te quodammodo reſuſcitata ꝛ noua quadam ineffabili gratia donata. quaſi enim omnia mortua erāt. cum amiſſa congenita dignitate fauendi dominatui. vel vſibus deum laudantium. ad quod facta erant obruebātur oppreſſione. et decolorabantur abuſu ydolis ſeruientium. propter quod facta nō erant Quaſi vero eadem reſuſcitata. letantur cum iam deum confitentium et dominatu reguntur ꝛ vſu decorantur. Noua autem ꝛ ineſtimabili gratia quaſi exultauerunt. cum ipſum deum ipm creatorem ſuum non ſolum inuiſibiliter ſupra ſe illa regētem ſenſerunt. ſed etiam viſibiliter inter ſe eiſdem vtendo ſanctificantem viderunt.

Hec tanta bona per benedictum fructum benedicti ventris benedicte Marie peruenerunt. Sed cur ſolum loquor domina beneficijs tuis plenum eſſe mundum. Inferna penetrant Celos ſuperant. Per pulcritudinem enim gratie tue. et que in inferno erant ſe letantur liberata. Et que ſupra mundum ſunt ſe gaudent reſtaurata. Per eundem quippe glorioſum filium glorioſe virginitatis tue. omnes iuſti ꝗ obierunt ante vitalem eius mortem exultant diruptione captiuitati ſue. et angeli gratulantur reſtitutione ſemirute ciuitatis ſue. O femina mirabiliter ſingularis. et ſingu-

lariter mirabilis . per quam elementa renouantur. infer-na remediantur. homines ſaluantur. angeli redintegrant. O femina plena et ſup plēa gratia de cui plenitudis exundātia reſparſa ſic reuireſcit oīs creatura. O virgo benedicta ꝛ ſp bñdicta. p cui bñdictionē bñdicit natura non ſolū creata a creatore ſꝫ ꝛ creator a creatura. O nimis exaltata quā ſequi conat affectus aīe mee quo aufugis aciē mētis mee. O pulcra ad intuendū amabilis ad cōtemplādū delectabilis ad amādū q̄ euadis captiuitatez cordis mei. Preſtolare dña infirmā aīaz ſequētē. Ne abſcōdas te dña parū videnti te aīe q̄rēti. miſerere dñe aīe poſt te anhelādo lāguēti. Mirares in quā ſb limi ɔtēplor mariā locatam. Omis creatura a deo ē creata. et dei natura ex maria eſt nata. Deus oīa creauit ꝛ maria deū generauit. De q̄ oīa fec ipē ſe ex maria fec ꝛ ſic oīa q̄ fecerat refecit. Qui oīa potuit ex nihilo facere. noluit ea violata ſine maria reficere. De igit eſt pr rerꝝ creatarꝝ ꝛ maria mr rerꝝ recreatarꝝ. De ē pater cōſtitutōis oīm. ꝛ maria eſt mr reſtitutionis oīm. De eni genuit illū p quem oīa ſunt facta. ꝛ maria pepit illū p quē cuncta ſunt ſaluata. Deus genuit illū ſine quo penitus nihil eſt. ꝛ maria pepit illū ſine quo omino nihil bñ eſt. O vere dñs tecū cui dedit dñs vt omis creatura tm tibi deberet ſecū. maria obſecro p grām. quaſi ſic dñs eſſe tecū. et te voluit eſſe ſecuꝫ. Fac ꝑpter ipſam ſcōm eādē ipſam gratiā miſcōiam tuaꝫ mecū. Fac vt amor tui ſemp ſit mecū ꝛ cura mea ſp ſit tecū. Fac vt clamor neceſſitatꝭ mee q̄diu ipa pſiſtit ſit tecū et reſpect pietatis tue q̄diu ego ſubſiſto ſit mecū. Fac vt congratulatō beatitudīs tue ſp ſit mecū ꝛ cōpaſſio miſerie mee. quātū mihi expedit ſit tecū. Sicut eni a btiſſima oīs a te auerſus. et a te deſpectus neceſſe eſt vt intereat. ita oīs ad te cōuerſus ꝛ a te reſpect impoſſibile eſt vt pereat. Sicut eni dña de genuit illū in quo oīa veniūt. ſic o tu flos virginitatis genuiſti eum p quem ꝛ mortua reuiuiſcunt. ¶ Et ſicut deus per filium:

ſuũ beatos angelos a pecca/
to ſeruauit. ita o tu de⁹ puri/
tatis ꝑ filiũ tuũ miſeros ho/
mines ex pctõ ſaluaſti. Quẽ
admodũ eni dei fili⁹ eſt beati
tudo iuſtoꝝ. ſic o tu ſal⁹ fecũ
ditatis fili⁹ tu⁹ eſt recõcilia/
tio pctoꝝ. Nõ eſt eni recõci/
liatio niſi quã tu caſta conce
piſti. Nõ eſt iuſtificatio niſi
quã tu integra in vtero voui
ſti. Nõ eſt ſal⁹ niſi quã tu vir
go peꝑiſti. Ergo o dña mať
es iuſtificatiõis ꝛ iuſtificato
rũ. Genitrix es recõciliatõis
et recõciliatoꝝ. Parẽs es ſa/
lutis ꝛ ſaluatoꝝ. O btã fidu
cia o tutũ refugium. Mater
dei eſt mr̃ nr̃a. mater ei⁹ in q̃
ſolo ſperam⁹ ꝛ quẽ ſolũ time
mus, ẽ mater nr̃a. Mať ei⁹
inquã qui ſolus ſoluat. ſolus
dãnat eſt mr̃ nr̃a. Sʒ o bene
dicta ꝛ exaltata. nõ tibi ſoli ſʒ
et nobis quidẽ q̃ꝫ magnũ q̃ꝫ
amabile eſt quod video ꝑ te
euenire nobis. qđ vidẽs gau/
deo. qđ gaudẽs dicere nõ au
deo. Si eni tu dña es mater
ei⁹ nõne ꝛ alij filij tui ſť fr̃es
ei⁹. Sed q̃ fr̃es ꝛ cui⁹ eius.
Loquar vnde iocundať coꝛ
meũ an ſilebo: ne elatione ar/
guať os meũ, Sʒ qđ credo

amãdo. cur nõ confiteoꝛ lau/
dãdo. Dicã igiť ñ ſuꝑbiẽdo
do ſed gr̃as agẽdo. Qui eni
fecit vt ipſe ꝑ maternã genera
tionẽ eſſet frater nature nr̃e. ꝛ
nos ꝑ vite reſtitutionẽ eſſem⁹
filij mr̃is ei⁹. ipe nos inuitat
vt cõfiteamur nos fratres e⁹
Ergo iudex nr̃ eſt frater nr̃.
Saluatoꝛ mũdi eſt frater nr̃
Qua igiť certitudine debe/
mus ſperare. q̃ conſolatione
poſſum⁹ timere. quoꝝ ſiue
ſal⁹ ſiue dãnatio de boni fra
tris ꝛ de pie matris pẽdet ar
bitrio. Quo etiã affectu hũc
fratrẽ ꝛ hãc matrẽ amare de/
bem⁹. q̃ familiaritate nos ill'
cõmittem⁹. q̃ ſecuritate ad il
los cõfugiem⁹. q̃ dulcedine
fugiẽtes ſuſcipiemur. Bon⁹
igiť frater nobis dimittat qđ
deliquim⁹, ipe auertit qđ de
linq̃ntes incurrim⁹. ipſe do/
net qđ pẽitẽtes petim⁹. Bo
na mater oret ꝛ exoret ꝑ no/
bis. ipa poſtulet ꝛ impetret
qđ expedit nobis. ipſa roget
filiũ ꝑ filijs vnigenitũ ꝑ opta
tis, dñm ꝑ ſeruis. Bon⁹ fili
us audiat matrẽ ꝑ fr̃ib⁹ vni/
genit⁹ ꝑ his q̃s adoptauit.
dñs ꝑ his q̃s liƀauit. Ma/
ria q̃ntũ tibi debemus. dña

mater per quam talem fratrē
habemus. quid graciarum.
quid laudis tibi retribuem⁹.
Magne domine tu noſter
maior frater. Magna domi
na tu noſtra melior mater. do
cete cor meum. qua reueren-
tia vos debeat cogitare. Bo
ne tu ⁊ bona tu. Dulcis tu, ⁊
dulcis tu. Dicite ⁊ date ani-
me mee quo affectu vos me-
morando de vobis delectet.
delectando iocundetur. io-
cundādo impinguetur. Im
pinguate ⁊ ſuccendente eam
vr̄a dilectione. veſtro conti-
nuo amore. Lāgueat cor me
um. liquefiat anima mea. de
ficiat caro mea. Utinam ſic
viſcera anime mee dulce fer-
uore veſtre dilectionis exarde
ſcant. vt viſcera carnis mee ex
areſcant. Utinam ſic intima
ſpiritus mei dulcedine veſtri
affectus impinguētur vt me
dulle corporis mei exiccētur.
Domine fili domine mee.
domina mater domini mei:
ſi ego non ſum dignus qui
ſic debeam veſtro amore bea
tificari. Certe vos non eſtis
indigni qui ſic immo plus
debeatis amari. Ergo beni
gniſſimi. nec ſic denegetis mi
hi petenti id quod me cōfiteor
idignū vt auferat id q̄d certe
vos denegare non poteſtis
dignos. Date itaq̄ piiſſimi
date obſecro ſupplicanti ani-
me mee. non ꝓpter meritum
meum ſed propter meritum
veſtrū. Date illi quantū di-
gni eſtis amorem veſtrū. da-
te inquā mihi quo ſum indi
gnus. vt reddatur vobis quo
eſtis digni. Si enī non vul-
tis dare vt habeam q̄d deſi-
dero. ſaltem nolite negare vt
reddam vobis quod debeo.
Forſitan preſumendo loquar
ſed vtiq̄ȝ bonitas veſtra facit
me audacem. Loquar ergo
adhuc ad dn̄m meum ⁊ do
minam meam. cum ſim pul
uis ⁊ cinis. Domine ⁊ dn̄a:
nonne multo melius eſt cum
vos gratis donatis petenti
quod ipſe non meretur. q̄ cū
vobis ſubtrahit quod vobis
iure debetur. Illud quippe
eſt predicande miſericordie.
iſtud eſt nefande iniuſticie.
Impendite igit gratiam vt
recipiatis debitū. Facite vos
mihi miſericordiam veſtram
que mihi expedit, et vos decȝ

ne faciã ego vobis iniuſticiã meã que nulli expedit ⁊ nullum decet. Eſtote vos mihi miſericordes quod obſecro ne ſim ego vobis iniuſtus quod execror. Date benigne ⁊ benigna. nec ſitis exoratu difficiles. Date anime mee amorem veſtri quē ipſa non iniuſte petit ⁊ vos iuſte exigitis. ne ipſa bonis vr̄is ſit ingrata qđ ipſa iuſte horret. et vos nō iniuſte puniťs. Certe ieſu fili dei ⁊ tu maria mr̄ ei⁹. ⁊ vos vultis ⁊ equum eſt. vt quicq̄ vos diligitis diligatur a nobis. Ergo bone fili rogo te p̄ dilectionē qua diligis ⁊ diligi vis eã. ita mihi des vt vere diligam eam. Bona mater rogo te per dilectionem qua diligis filium tuū. vt ſicut tu vere diligis ⁊ diligi vis eū ita mihi ipetres vt vere diligā eum. Ecce enim quod vt fiat vere eſt in veſtra voluntate cur ꝓpter peccata mea non fiet. cū ſit in vr̄a poteſtate. Amator ⁊ miſerator hoim. tu potuiſti reos tuos ⁊ vſq̄ ad mortē amare. ⁊ poteris te rogāti amorē tui ⁊ matris tue negare. Venereŕ igiŕ vos ſicut digni eſtis mens mea. amet vos ſicut equū eſt cor meum. Diligat vos ſicut ſibi expedit anima mea. Seruiat vobis ſicut debet caro mea. ⁊ in hoc conſumetur vita mea. vt ineternum pſallat tota ſubſtantia mea. Benedictus dominus ineternum Fiat fiat. Amen.

## Alia oratio ad virginem glorioſam.

Aue mundi ſpes maria Aue mitis aue pia. aue virgo mater chriſti. tu que ſola meruiſti. eſſe mater ſine viro. ⁊ lactare more miro. Angelorum imperatrix. Peccatorum conſolatrix. Conſolare me lugentem. in peccatis iam fetentem. Conſolare peccatorem. et ne tuum des honorem Alieno aut crudeli. precor te regina celi. Me habeto excuſatum. apud chriſtum tuum natum. Cuius iram expaueſco. a furore contremiſco. Nam peccaui ſibi ſoli. O maria virgo noli. Eſſe mihi aliena. Gratia celeſti plena. eſto cuſtos cordis mei ſigna me timore dei. Confer vite ſanitatem. ⁊ da morū

honeſtatē. Da pctā me vita
re. et qđ eſt amare. O dulce
do ꝟginalis. nūꝙ fuit nec ē
talis inter natas mulieꝝ om
niū creatoꝛ reꝝ. te elegit geni
tricē. q mariā peccatricē. emū
dauit a reatu. ipſe me tuo p̄-
catu a pctis cūctis tergat. ne
infern⁹ me demergat. Eya ro
ſa ſine ſpina. pctōꝝ medicia.
ꝓ me xp̄um interpella. vt me
ſaluet a pcella. hui⁹ mūdi ſtā
imundi. cui⁹ fluct⁹ furibūdi.
oīni parte me impingunt. et
pcti zona ſtringūt. Chriſte
fili ſūmi pr̄is. ꝑ amorem tue
mr̄is. cui⁹ vēter te portauit ⁊
te dulce lacte pauit. Te per
ipſam rogo ſupplex. qꝛ tu es
ſalus duplex. ſalus reꝝ mun-
darū. atqꝫ ſalus aīaꝝ. Te
nūc p̄coꝛ licet reus. miſerere
mei de⁹. Miſerere xp̄e dei.
miſerere fili dei. miſerere mi
ſerere. miſeratoꝛ nā es ꝟe. tu
pctā dele meā. et coꝛ mundū
in me crea. Da ſpem firmaꝫ
fidē rectā. caritatēqꝫ ꝑfectā.
Et cōcede finē bonū qđ eſt
ſuꝑ oīne donū. vt in corde ſic
cōpungar. tibi xp̄o qđ cōiun
gar. Fac me digne māduca-
re. corp⁹ tuū ſalutare. Ira tua
nō me grauet. ſāguis tu⁹ ſic
me lauet extra corp⁹ ⁊ in coꝛ
de. a pctis ⁊ a ſorde. vt dū in
ſtat hora mortis. angel⁹ tunc
aſſit fortis. a te dat⁹ mihi cu
ſtos. q det locū inter iuſtos.
Mors dū carnē meā frāgat
mors ſecūda nō me tangat. li
cet caro cōputreſcat. ſpūs tn̄
in te reqeſcat dū reſurgo revi
ſur⁹ ſꝑ apđ te manſur⁹ Audi
nos nā te fili⁹ nihil negans
honorat. Salua nos ieſu ꝓ
qb⁹ virgo mater te orat. amē.

## Sequūť nūc oro-nes de angelis. Et primo de ſancto michaele archangelo.

Sancte michael ar
angele dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i. qui veniſti in
adiutoriū ꝓplo dī.
Subueni mihi apud altiſſi-
mū iudicē. vt mihi pctōri do
net remiſſionē oīm pctōrum
meoꝝ ꝓpter magnā miſerati
onū ſuaꝝ clementiā. Exaudi
me clamātem ſancte michael
atqꝫ inuocātem te. et adiuua
me maieſtatē dn̄i dep̄cantē.
Et interpella ꝓ me gemiſcē-
te. et fac me caſtū ab oib⁹ pec
catis meis. Inſuꝑ obſecro te
p̄clarū atqꝫ decoꝝ ſūme diui
nitatis miniſtrū vt in nouiſſi

mo ꝺıe benigne ſuſcipias ani
mā meā in ſinu tuo ſanctiſſi
mo. et ꝑducas eā in locū refri
gerij pacis ꝛ quietis. vbi ſctō
rū aīe cū leticia ꝛ inenarrabi
li gaudio futuꝝ iudiciū ꝛ glo
riam btē reſurrectonis expe
ctant.

## Itē alia vñ ſupra.

Summe ſedis miniſter
princeps militie celeſtꝫ
et ſignifer. Quis vt deꝰ mi-
chael āgele piiſſime. archāge
le placidiſſime. tibi corpus ꝛ
aīam meā tota intētione intu
endam. cōmitto tibi ſpāliter
poſt deū deiqꝫ genitricē vite
et mortis mee diligentiam
cōmitto. Adeſto q̄ſo mihi
dū viuo vt oēs actꝰ meos ad
dei volūtatē faciendā dirigas
vt me ab inſidijs inimici ꝛ ab
oīb; malis viſibilib; ꝛ in-
uiſibilib; liberes. Succurre
mihi q̄ſo in hora mortꝫ mee.
et feſtina in auxiliū meū cū
angeloꝝ multitudine. vt bra
chiū pctōris ꝛ maligni aduer
ſarij mei cōteras. appħēde ar
ma ꝛ ſcutū. et exurge in adiu
toriū mihi. vt aīam meā de
faucib; impij draconis eripi-
as ꝛ eā comitātib; angelis in
cis in ſinū abrae in requiē ſē
piternā cū exultatōe ꝑducas

## De oīb; angelis orō

Omnes ſancti angeli ꝛ
archangeli. throni ꝛ do
minationes. principatꝰ ꝛ po-
teſtates. virtutes cherubin et
ſeraphin. agmina celeſtium
beatoꝝ ſpirituū. fundite pro
me preces ad dn̄m. vt me li-
beret a pctōꝝ vinculis. ꝛ illu
ſtrare digneť virtutū ſtudijs
et defendat ab aduerſitatib;
cunctis. Et poſtremū iūgat
me ſanctis conſortijs amen.

## Itē adhuc ꝺ eodē.

Omnes ſancti ſeraphin
cherubin. throni quoqꝫ
dñationes. pricipatꝰ. ptātes
virtutes. archangeli. angeli.
ordines nouē ſpirituū btōꝝ.
q̄s in dei laudibꝰ firmauit ca
ritas. me fragilē. me pctōrem
ſupplicē veſtrū firmate p̄cib;
vt ſpiritales prauitates vrō iu
uamine deuīcēs fortiter nūc
et in euū vrīs patrocinijs ful
citi. veſtre beatitudinis gra-
tia perfrui merear Amen.

## Itē ad ꝓpriū angelū

Inter oēs ꝛ p̄ oīb; corō.
ſupnis ciuib; tuū ſingu
lariter ꝛ p̄cipue depoſco ſuf

fragiũ beate ⁊ angelice ſpũs cui me deus cuſtodiẽdũ de⸗putauit. vt me dieb⁹ ac nocti bus horis ⁊ momẽtis oĩbus indeſinẽter vbiqꝫ cuſtodias. ne aditũ qđ abſit aliquem ad me decipiẽdũ callidus tenta⸗tor inueniat ne rabiem ſue ty rannidis exerceat q̄ tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret. Ne aĩam meã circũ ueniendo illaqueet. ne mẽtẽ meã alienãdo pturbet. ne ſen ſus meos exagitando ludifi cet. ne me in picula vlla preci pitet. ne me in caſus improui ſe mortis impellat. ſꝫ vt ſem⸗per ⁊ vndiqꝫ tuo interi⁹ exte riuſqꝫ regimẽ vitã pſpere ⁊ ĩ bono pposito tranſigã. ne an te dignã pctõrũ emendatio⸗nem vite terminũ capiã. Cũ vero pfinitũ tps moriẽdi ad uenerit. ⁊ inimici mei aĩam meã circũdederint. ⁊ os eorũ locutũ fuerit ſupbiã. cũ tribu latio pxima fuerit ⁊ nõ ſit q̄ adiuuet. cũ aperuerint ſuper me os ſuũ ſicut leo rapiens ⁊ rugiẽs. qñ circũdederint me canes multi. ⁊ conciliũ mali gnantiũ obſederit me. Tunc rogo exurge cũ dei adiutorio ad cõuertendũ inimicũ meũ retrorſum. Exurge pueni eũ et ſupplanta eũ. Eripe aĩam meam ab impio. contere bra chium peccatoris ⁊ maligni. queratur ab illo peccatũ me um ⁊ nõ inueniatur deletum ſanguine chriſti. Tunc que⸗ſo ne elongaueris auxiliũ tu⸗um. ſed ad defenſionẽ meam conſpice. Erue a framea ani mam meã ⁊ de manu canis vnicã meam. Salua me ex ore leonis. ⁊ a cornib⁹ vnicor niũ humilitatẽ meã. Reſti⸗tue aĩam meã a malignitate eoꝝ a leonib⁹ vnicã meam. Nõ ſupgaudeant mihi iniq̄. non dicãt in cordibus ſuis. euge euge anime noſtre. nec dicant deuorauimus eum. Non mandent verbũ iniquũ aduerſum me dicentes. Per⸗ſequimini ⁊ cõprehendite eũ quia nõ eſt qui eripiat. Tũc obſecro te: ne tradas beſtijs aĩam tibi cõmiſſam. aĩam paupis tui ne obliuiſcaris in finẽ. Ne pmittas auferẽdũ impijs preconijs hominum. tibi celitus aſſignatũ. Sed educ me de laqueo quẽ abſcõ derũt mihi. educ de cuſtodia aĩam meã. ⁊ eã incolumẽ cũ pſidio beatoꝝ ciuiũ tuoꝝ in⸗

troduc in ciuitatem ſanctam hierusalē. vbi mors nō erit vl tra neq̄ luctus neq̄ clamor. ſed nec vllus dolor vbi vota laudis vna totū letus in ppe tuū dn̄o reddā. tali modula/ tione decātās. verba iniq̄tu pualuerūt ſup nos: ꝛ impieta tibꝫ nr̄is tu ꝓpiciaberis. Be at⁹ quē elegiſti ꝛ aſſumpſiſti habitabit in atrijs tuis. Re/ plebimur i bonis dom⁹ tue. am̄.

## Itē alia ōro ad ꝓpriū angelū.

Obſecro te an gelice ſpūs cui ego ad ꝓ uidendū cōmiſſus ſum vt in deſinenter ꝓtegas me. defen/ das. mūdes. munias ab omī incurſu dyaboli. vigilantem. dormientē. vbicūq̄ iero. Re pelle a me p virtutē ſcē cruc̄ oēm tentationē ſathane. Et qd mea exigūt merita tuis p̄ cibꝫ obtine apud altiſſimū iu dicē ita vt nihil loci in me ha beat cōtrarie virtutis admi/ xtio. Cūq̄ p abrupta vitioꝝ meoꝝ me deuiaſſe videris p ſemitā iuſticie ad ſaluatorem meum me reducere ſatagas. Et in quacūq̄ tribulatiōe vl angustia me eſſe ꝓſpexeris au xiliū dei oīpotētis tuo obtētu et p̄camine mihi adeſſe ſenti/ am. Precor te mi cuſtos ſi fie ri poteſt notū mihi facias fi nem meū. diēq̄ obitus mei. Et cū de corpore educt⁹ fue ro nō pmittas me malignos ſpiritus terrere. neq̄ in foueā deſperationis deducere. Nō pmittas me angelice ſpūs do nec ad viſionē ipſi⁹ conditoris mei pducas me vbi ego pro opere ꝛ tu ꝓ cuſtodia vna cū beatiſſima dei genitrice ꝛ oī bus ſanctis dn̄o adiuuāte le/ temur. Qui cū deo pa. Añ. Angele bone q̄ mihi datus es cuſtos expugna dyabolū qui mee ſaluti inſidiatur. ℣. Glorioſus apparuiſti in con ſpectu dn̄i. Propterea decorē induit te dn̄s. Ōro. Deus cui⁹ ꝓuidētia hu mano generi ſupnorū ſpiritu um preſidiū ſubminiſtrat. cō cede vt angelū mee cuſtodie deputatū ita valeā venerari. vt ei⁹ prouidentia vbiq̄ me/ rear defendi. Per xp̄m dom.

## De ſancto iohanne baptiſta Oratio.

Ancte iohānes bapti ſta electe dei tu es angel⁹ dei qui veniſti añ faciē dn̄i para re vias ei⁹. tu oſtēdiſti agnū

dei dn̄m ⁊ ſaluatorē nr̄m qui tollit pctā mūdi. tu baptizaſti ⁊ cognouiſti myſteriū. tu p̄curſor extitiſti martyr glioſus ⁊ laudabilis dn̄i. intercede pro me ad dn̄m. vt merear vitam poſſidere eternam.

Itē alia de eodē.

Sancte iohānes baptiſta q̄ meruiſti ſaluatorē mūdi tuis manib⁹ baptizare in fluuio iordanis. Eſto mihi apud miſericordē deū pi⁹ interceſſor. vt me a pctōꝝ tenebris eripiat. ⁊ ad lucē celeſtis grē pducat. q̄ tollit pctā mūdi ⁊ regnū celoꝝ appinq̄re pmiſit cui ē honor ⁊ glīa p infinita ſecula ſecloꝝ amen.

Ad oēs ſctōs patriarchas ⁊ pphas oratio.

Sancti patriarche ſancti pphete. quib⁹ ab initō mūdi omps deus maieſtatē ſue dignitatis reuelare dignatus eſt obſecrate pro pctis meis. et expulſa penitus erroris caligine cordis mei oculos vere fidei catholice lumine illuſtrate. vt in die iudicij nō cū impiis ⁊ infidelib⁹ q̄ credere ac penitētiā agere noluerūt ſm meritū meū deputer. ſed per veſtrā interceſſionem merear inueniri abſolut⁹ in illa die ab omni vinculo pctōꝝ vobiſcū q̄ ac omnib⁹ fidelib⁹ introire ad regna celorum Amen.

